

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt], 1627**

Liber secundus, De libero arbitrio

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)



Sic homini, si saluus esse velit, credendum in Christu: non quod absolute necesse sit, aut iacturam facere, aut credere in Christum: sed tantum posito eo fine. Itaque et si species hae sit necessitatis, tamen non opponitur libero arbitrio. Tertiam, necessitatem directionis: quae est a causis superioribus mouentibus voluntatem. Sic Deus dirigit per prouidentiam suam, cor hominis etiam ad singularia effecta; vt tamen cor maneat liberum: sic per gratiam suam fidelium voluntates flectit in bonum; vt tamen liberam liberam maneat.

XIII. Disputatio erit gemina: de Necessitate in genere: tum specialiter de necessitate ex Prouidentia.

CAP. II.

Argumenta Bellarmini ex Scriptura & ratione, de Libertate arbitrij.

I. Argumenta Bellarmini ad quaestionem priorem: primum ex Scriptura, & ratione: deinde de Patribus. A Scriptura vnicum est: ex Ecclesiastici 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui: adiecit mandata, & praecepta. Si volueris mandata seruari, conseruabunt te. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod volueris, porriges manum tuam: ante hominem, vita & mors: bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. En tibi quid sit esse in manu consilij sui: posse seruare Legem si velit, & non seruare, si velit: & ex duobus contrarijs, alterum eligere.

II. Respondeo: Primo, nullum id esse argumentum a Sacra Scriptura: esse enim Ecclesiasticum in Apocryphis: vt alias disputatum. Tum autem hoc ipso loco indulsisse sibi humanum ingenium apparet ex immensa editionum diuersitate. Graece: ἀφήκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβολικῆς αὐτοῦ. ἰαυθίλης σωτηρίας τὰς εὐτολὰς, καὶ πείσιν πείσιν ἀδικίας. Reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris, conseruabis mandata: & fidem facere beneplaciti. Vel si leuiter emendes πείσιν pro πείσιν, & fidem facies beneplaciti: Quis hinc putet vnquam Latina fuisse desumpta? Quamquam in toto opere, mirae sunt discrepantiae: vt facile diuines in suo temere lussisse humanum ingenium.

III. Secundo: nego sermonem haberi de Libero arbitrio in genere: sed specialiter de Libero arbitrio hominis. Aliter autem sentiendum de Arbitrio Dei: quod consistit cum immutabilitate, quae absque dubio est necessitas interna. Vnde Delphinus testatur in Deo liberum Arbitrium intrinsecus, esse immutabile, & coniunctum cum summa necessitate. Quid nihil-ne etiam Angeli tum boni, tum mali differunt a nobis? At in vtriusque tamen liberum arbitrium. Et in illis confirmatio tanta, vt peccare non possint: in his vero tanta obstinatio, vt non peccare non possint. In his vero tanta obstinatio, vt non peccare non possint. In his vero tanta obstinatio, vt non peccare non possint.

IV. Tertio: nego sermonem haberi de Libero arbitrio hominis in genere: sed specialiter hominis ab initio; id est, qualis fuit a Deo conditus, ad sui imaginem. Diserta verba, Deus ab initio constituit hominem, vel potius, condidit hominem in manu consilij sui, & reliquit eum in manu consilij sui. Ab initio ergo. Non est autem legitima consequentia, a primo hominis statu, ad alterum eiusdem hominis statum corrupti. Nam noua superueniens conditio, & quidem huiusmodi, quae transijt in alteram naturam, vnde dicimur natura filij irae, quid mirum, si actiones immutauit? Maxime, quum id vitium confect totum hominem peruasisset, id est, tum corpus, tum animam: & animam tamen corrumpere non valens substantiam: sed duntaxat facultates. Quomodo ergo, cui naturalis est erurum habitudo, potest & recte incedere, & claudicare: at fracto deinde crure, non nisi claudicare: sic anima, etsi integras suas facultates poterat in vtramque partem flectere: nihil mirum, si nunc elumbes non aequae possit.

V. Adde statum animarum post hanc vitam, siue beatarum, siue damnatarum. De illis Augustinus Enchir. c. 105. Sic oportebat prius hominem fieri, vt & bene velle posset, & male: nec gratis, si bene: nec impune, si male: postea vero sic erit, vt male velle non possit: nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Et de perfectione iustitiae, Quia peccauit voluntas, sequuta est peccantem, peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas: & accipitur tanta libertas, in qua sicut necesse est permaneat beate viuendi voluntas: ita vt sit etiam bene viuendi, & nunquam peccandi voluntaria felixque necessitas. Haec quum ita sint, & certum sit Deum habere liberum arbitrium: Angelos item, cum bonos, tum malos: denique animas beatas: damnatasque: & tamen cum quadam necessitate, quae aufert aequam in bonum & malum libertatem: Ergo omnimoda libertas, non est de essentia Liberi arbitrij: alioquin hoc nullum esset in Deo, in Angelis, in animabus beatorum, damnatorumve. Quod est absurdum.

VI. Instat tamen Bellarminus de homine lapsio. Non interest, inquit, Nō enim disputamus de Libero arbitrio hominis lapsio: sed in genere.

VII. Absurda instantia, inquam. Imo enim plurimum interest, eam ipsam ob causam. Nam si disputamus nunc in genere: ergo non tantum de Arbitrio hominis nondum corrupti: sed etiam de hominis corrupti: de hominis saluati, de hominis damnati: de Diabolorum, de Angelorum, de Dei. Nam hi omnes habent liberum arbitrium: Itaque inuestiganti naturam liberi arbitrij in genere, ea consuetanda sunt, quae illis omnibus sunt communia. Nam si quorundam propria: ergo vel non erunt de natura Arbitrij: vel in ijs non erit Arbitrium, in quibus illa non erunt. Vt, si de vitibus humanis disputem, inepte faciam, si saxum illud ingens aduocem, quod vix lecti bis sex ceruice subirent, qualia nunc hominum producit corpora tellus. Id enim ad vires Turni pertinet: non indefinite ad vires hominis.

VIII. Bellarmini deinceps ratio trina sequitur. Prima ab absurdo: Si ad liberum arbitrium constituendum sufficeret libertas a coactione: ergo quaecunque sponte agunt, haberent liberum arbitrium. At posterius falsum. Ergo & prius. Probatur assumptum. Nam primo pecora sponte feruntur ad pabulum. Pueri, furiosi, somniantes sponte agunt. Nec tamen aut illa omnino liberum arbitrium: aut isti eiusdem vsum habent. Deinde, Deus genuit filium, non coacte: nec tamen libero arbitrio.

IX. Respondeo in Antecedenti esse fallaciam coniunctionis & diuisionis. Nam sufficere ad liberum Arbitrium constituendum, sonat dupliciter: vel ad id constituendum quod appellatur Liberum arbitrium: vel ad arbi-

trium constituendum liberum. Priori sensu, negatur antecedens. Neque enim huiusmodi quicquam cuiquam nostrum venit in mentem; vt vbiunquam erit aliquid non coacti, siue spontanei, ibi agnoscat liberum arbitrium. Alioquin & in saxo agnosceret, non coacte tendente ad centrum: & in aqua currente in mare. Atqui vbi arbitrium nullum, quomodo liberum? Nullum enim animal bipes, vbi nullum animal: nullus homo doctus, vbi nullus homo. Nam non entis, nullae sunt qualitates. Quorsum ergo pecora liberi arbitrij: quae ne arbitrij quidem, quia nec rationis? & cur in pueris, furiosis, somniantibus, liberi arbitrij vsum: vbi nullus arbitrij: quia nullus rationis? Similiter in Deo, si fuisset arbitrij generatio filij, fuisset & liberi: Sed contra, si non arbitrij: ergo nec liberi. Quorsum igitur hae exempla? Nempe vt constet, non quicquid sit sponte, nec ex libero arbitrio. Sed non esse liberum arbitrium, in arbitrio spontaneo, & non coacto; hoc vero exempla non probant.

X. Altero sensu negatur consequentia. Negari enim non potest, ea dici, esseque libera, quae non coguntur: adde, si placet, vltimus, quae nec cogi possunt. Suarez Metaphysic. disputat. 19. sect. 2. art. 9. liberum docet ita opponi necessario, vt totidem modis vtrumque dicatur: dici ergo actionem liberam, quae coacta non sit: hocque genus libertatis non excludere omnem necessitatem. Baius c. 4. & 5. Voluntas duobus modis libera: vno, quum habet in sua potestate vt quod vult, etiam possit nolle: aut contra: altero, quia in eis quae videt aut facit nulli seruituti est obnoxia: seruitutem constituit aut inuoluntaria necessitas: aut noxia & insipiens animi praesensio. Et cap. 8. Quod de libera voluntate diximus, hoc etiam de libero arbitrio intelligendum putamus. Quod si verum: tum omnino sequitur, ad arbitrium constituendum liberum; id est, arbitrio vindicandam libertatem, sufficere posse libertatem a coactione: hoc est, supposito arbitrio, deinceps omnia fieri libero arbitrio, quae spontaneo, non autem coacto arbitrij motu fiunt. Itaque Collator apud Prosperum, Liberum arbitrium, inquit, est rei sibi placitū spontaneus appetitus: nimis id quidem dilute, sed tamen contra Bellarmini mentem. At Gregorius Nyssenus Cateches. cap. 7. vim illam liberi arbitrij non potuit non exprimere per τὴν ἐκείνην, & ἀκέραιον: Verba audi, σου ἀνάγκη πειθιστικῆς ἀπὸ τοῦ ἰαντῆ δόκω, καὶ ἰσοπέδων τῶν ἀνθρώπων, φέρει, καὶ ἰσοπέδων π. α. α. ἀφύρη ἀκέραιος πρὸς τὸ κελὸν ἐφελευθέρω. εἰ ἢ τῶ φαιτός ἐξ ἀιδίου καὶ ἀιδίου ἀεὶ ἀμεμπτον & ἰερατίας πρὸς ἐπιβάντων τῶν βλαφάρων τῶ ὄρατον, ἐξω τῆς τῶ μὴ βλαπτον & ἀιτίας ὁ ἴλι. Non violenta cuidam necessitati, prout voluerit, subiecti hominem Deus, quasi inanimatum vas aliquod inuictum traheret ad bonum. Quod si lumine sereno caelo pure splendente, quisquam supercilij occupet visum sponte, non efficit sol, vt is ne videat.

XI. Ratio secunda: Si ad Arbitrium liberum constituendum sufficeret libertas a coactione: Ergo nulla vnquam quaestio fuisset de Libero arbitrio: neque Aristoteles reprehendi posset; quod scripserit Deum ex necessitate agere: neque vlla controuersia cum haereticis remaneret. At falsum posterius. Ergo & prius. Probatur consequentia: quia neque Aristoteles, neque Manichaei, aut Lutherani, aut vlli alij negarunt vnquam vel Deum, vel hominem, liberos a coactione.

Negatur consequentia: supposito hoc sensu de libertate arbitrij distincte: non coniuncte de libero arbitrio. Nam primum, magna quaestio, vtrum sit aliquod liberum arbitrium, propter Manichaeos: qui non ab arbitrio, sed a natura malum esse docebant. Deinde, si docuit Aristoteles Deum agere tantum naturaliter, ideoque ex necessitate: tum omnino reprehendendus est. Quid tum enim, si sponte aliquid agi consentiunt Manichaei, consentit Aristoteles? Potest enim agere sponte, & aecus naturae impetus: vt Sponte sua san-dyx pascentes vestiet agnos. Sed arbitrium non potest sponte agere, vt non sit liberum. De ijs taceo, quos appellat Lutheranos: quibus scio iniuriam fieri. Sed magna quaestio restat cum Pelagianis, cum Papistis, de hac ipsa libertate, quae sit, quantave. Itaque non est quod vereatur Bellarminus, ne pax nimia sit Ecclesiae ab haereticis. Hoc ipsi Iesuitae, quandiu erunt, strenue cauebunt, vt nulli sint alij.

XII. Tertia ratio: Omne principium electionis est liberum, non tantum a coactione, sed etiam ab omni necessitate. At omne liberum arbitrium est principium electionis. Ergo liberum arbitrium est liberum, non tantum a coactione, sed etiam ab omni necessitate. Probatur minor: quia liberum arbitrium est voluntas, vt est principium electionis. Probatur maior. Quia voluntas beatitudinis: at electiua potestas, non videtur intelligi posse, cum determinatione ad vnum, & necessitate: Nam electio est inter multa: & ideo electionem praecedit consultatio.

XIII. Respondeo: Negatur minor, & eius probatio. Nam sic in Deo nullum esset liberum arbitrium. Electionem enim praecedit consultatio, ipso concedente Bellarmino. Ideoque, vbi nulla consultatio, nulla etiam electio: At in Deo, nulla consultatio. Damascenus, de Fide, lib. 3. c. 22. ἐπὶ Θεῷ βλάβηται ἢ ἀνεπισημῶν, προαιρέσει ἢ κρυφίως ἢ ἀνεπισημῶν. ἢ ἢ βλάβηται Θεοδιδασκώ-ας ἢ ἐπὶ τὸ βλαδίωδ. ἀπὸ τῶ τῶ γενεαλογικῆς ἀδελφῆς βλαδίωται. εἰ ἢ βλαδίω-γνοίως, πῶτος καὶ ἀνεπισημῶν. ὃ ἢ Θεοῦ πῶτος εἰδῶς ἀπαίτης ἢ βλαδίωται. Ἰν Deo voluntatem dicimus quidem, at non electionem proprie. Nec enim consultat Deus, quia ignorantia est consultare. Nam de compertis nemo consultat. Si autem consilium ab ignorantia, necessario etiam electio. At Deus, qui omnia nouit absolute, non consultat. Si ergo in Deo neque consultatio est, neque electio: & liberum arbitrium tantum dicitur voluntas, quae est principium electionis: certe nullum esset in Deo liberum arbitrium, quod est absurdissimum: & contra disputatur a Bellarmino e. 16. lib. 3. de Gratia, & Libero arbitrio. Itaque liberum arbitrium non est principium adaequatum electionis.

XIV. Quod si non omne liberum arbitrium sit principium electionis; videtur tamen omnes maiorem esse falsam. Nam si liberum arbitrium latius patet quam electio: ergo obnoxium erit aliquando necessitati: illi saltem quam indiuiduationis appellamus, quae electionem non admittit. Nihil etiam obstat, quominus necessitati consequentis; quum ad finem propositum non disponuntur plura media. Vult aliquis saluus esse: tum vero non datur optio in quem credat: omnino enim necesse habet credere in Deum per Christum. Symbolum Athanasij: ὅς τις βλάβηται σωθῆναι, ἀπὸ πάντων καὶ κρυφῶν τῶ κα-θολικῶ πῶτιν. Quicquid vult seruari, eum ante omnia oportet retinere fidem Catholicam. Praeterea, Paulus sibi dicit impositam necessitatem euangelizandi, 1. ad Corinth. 9. Ergo non omnino liberum erit Arbitrium a necessitate: sed a co-

à coactione... X.V. Se... quatum ele... rum esse ab... cessitate... heri arbitrij... at non acqu... eligit. Si e... honibus, y... contagio... deat, iux... uari po... Quod n... electio non... stea. Quid... vineccle... sit Israelitas... Pharao dim... erunt tamen... I. S. perfu... Concilio... paratum h... male viue... viere. Subi... tum Pij 5. in... quod volun... uolentia rep... II. Veru... momentu... dum, vt v... Gregorius... citent nec i... Gregorius v... super infeli... rit Iesuito... huiusmodi... gunt immo... persuadendi... terficiendos... III. De... verba. Qu... preter can... in priore... ne viuent... cam credim... niantes &... liberare vol... definitio au... nunc qua... liberum arbi... baptizatos p... posse, nemp... absurda: qu... baptizatis... saltem non b... gratiam non... usidem Con... quod Deo d... credere, quod... liberum arbi... ritio Deum... misericordia... IV. Qua... bertatem... puzati po... tij beneficiu... negamus su... a natura su... teram a nec... dar posse no... sideretur tri... hi status arbi... cessitate pro... Nam non p... velle male v... bitio, sed i... quum moue... ciat, non q... tendit Bellar... V. Reliq... De Election... esse facultate... zianus A... habet. Nylle... flatem esse i... VI. Rec... est, vt quom... ceni boni...

à coactione. Nam certe nemo nolens, credit: nec Paulus nolens, euangeli-

XV. Secundo, etiam concederetur Arbitrium esse principium adæ-  
quatum electionis, tamen negatur maior. Neque enim id necesse erit libe-  
rum esse ab omni necessitate: sed tantum indiuiduationis. Nam liberari ne-  
cessitate specificationis, aut etiam directionis, aut interna nihil necesse. Li-  
beri arbitrij erit multis apposis panibus, eorum vnum deligere ad cibum:  
at non æque apposis panibus, lapidibus, lignis. Est enim necesse, vt panes  
eligat. Si cui præ morbo gustus est corruptus, multis propositis cibis salu-  
brioribus, vt plurimum deteriores eligit: vitiatum quodammodo ipso arbitrio  
contagio trahitur, adeo vt etiam consultatione facta, huc magis propen-  
deat, iuxta illud, *Video meliora, proboque, Deteriora sequor.* Quid ni enim vi-  
tari possit intellectus, qui præit voluntati, vt constet liberum arbitrium?  
Quod si vitiatum fuerit, tum omnino male consultabit: si male consultabit,  
electio non poterit esse sana. Inde Libero arbitrio necessitas sua, id est intrin-  
seca. Quid? quod alias probauimus? regi à protudentia Libero arbitrio:  
vt necesse sit id fieri à Libero arbitrio, quod a Deo prouisum est? Non dimi-  
sit Israelitas Pharaonem, & indurauit Deus cor eius: Ergo etiam optionem haberet  
Pharaonem dimittendi, & non dimittendi: consultationeque facta, elegerit al-  
terum: tamen à Deo dirigebatur, vt ita eligeret.

CAP. III.

Argumenta Bellarmini ex Patribus pro Libertate  
Arbitrij.

I. V. perfunt Patres. Primus locus datur Concilij & Episcopis Romanis.  
Concilij Arausicani canone vigesimo quinto declaratur, hominem bap-  
tizatum si velit, posse bene viuere. Atqui experientia docet, eundem posse  
male viuere: Ergo homo vtrumque potest, nempe velle, & non velle bene  
viuere. Subijcitur, Concilium Tridentinum sessionis 6. cap. 5. Item, decre-  
tum Pij 5. innouatum à Gregorio 13. vbi damnantur hæc sententiæ, prima,  
quod voluntarie fit, etiam si necessario fiat, libere tamen fit: Altera: Sola  
violentia repugnat libertati hominis naturali.

II. Verum in Concilio Tridentino, in Pio 5. in Gregorio 13. nullum est  
momentum autoritatis apud illos Catholicos. Concilium eo tantum coac-  
tum, vt veritatem opprimeret, & obrueret fastu ac crudelitate. Pius &  
Gregorius in hoc vnum intenti, vt quoquomodo eius Concilij placita san-  
ciant: nec iubendo tantum: sed & coniurando, seditiones excitando. Nam  
Gregorius vulgo Pater Ligæ: id est, immanissimæ illius coniurationis, quæ  
nuper infelicissimum hoc Gallie nostræ regnum, tantum non euerit. Vide-  
rint Iesuitæ. Catholicis, quam secure suas huiusmodi Pastoribus (si Pastores  
huiusmodi) committant animas. Veri Catholici Christiani Deo gratias ag-  
unt immortales, quod ab ijs terribilibus Dominis sint liberati. Nam certe  
persuaderi non possunt ijs animas bene credi, quibus tanta est corporum in-  
terficiendorum cura.

III. De Arausicano Concilio, facile negotium. Primo, nulla ea sunt eius  
verba, quum enim duo sunt eius nominis Concilia: tum prius nihil habet  
præter canones pertinentes ad *Arbitrium*. Alterum, occupatur quidem totum  
in præclare refutandis Pelagianis: At hominem baptizatum si velit posse be-  
ne viuere, scriptum non reliquit. Sed ita. *Hoc etiam secundum fidem Catholi-  
cam credimus: quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati, Christo an-  
xilante, & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter  
laborare voluerint: adimplere.* At hæc verba, non quid sit liberum arbitrium  
definiunt, aut quid possit sua natura: sed quid possit per gratiam. Nobis vero  
nunc quæstio est simpliciter de Libero arbitrio. Nec semper coniunguntur  
liberum arbitrium, & gratia. Enimvero quod obseruat, experientia constare  
baptizatos posse male viuere: indeque concludit: Ergo hominem vtrumque  
posse, nempe & velle, & non velle bene viuere: hæc vero consequentia est  
absurda: quia vniuersalis ex particularibus. Certe quum propositum sit de  
baptizatis, debuit concludi de iisdem. Nam alioquin quis nescit reprobos,  
saltem non baptizatos, siue vt verbis Concilij, eos qui per baptismum  
gratiam non acceperunt, non posse bene viuere? Canon vigesimus tertius e-  
iusdem Concilij, *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt,  
quod Deo displicet.* Canone 25. *Hoc Deo propitiante & predicare debemus, &  
credere, quod per peccatum primi hominis, ita inclinatum & attenuatum fuerit  
liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut crede-  
re in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, &  
misericordia diuina prouenerit.*

IV. Quare non omnis homo potest velle, & non velle bene viuere: At ha-  
bet tamen omnis homo liberum arbitrium. Quis non videt igitur, quod bap-  
tizati posse id ipsum velle & non velle dicuntur, non id habere à liberi arbi-  
trij beneficio? At nos non negamus aliquando à necessitate liberum esse: sed  
negamus tantum sua natura, siue semper. Semper autem à coactione. Itaque  
à natura sua libertatem arbitrio hanc constare, nimirum à coactione: sed al-  
teram à necessitate, per accidens, nimirum à gratia: quæ in hac vita, fidelibus  
dat posse non peccare: in altera autem non posse peccare. Itaque quum con-  
sideretur triplex hominis status ante gratiam, in gratia, in beatitudine: omnes  
hi status arbitrium habent liberum à coactione. Sed secundum tantum à ne-  
cessitate propter gratiam, quæ illud adiuvat: At primus, & tertius non item.  
Nam non posse velle bene viuere: necessitas est corruptionis: At non posse  
velle male viuere, necessitas est gloriæ, vtraque interna: hoc est, ab ipso Ar-  
bitrio, sed in prima, misero, in tertia beato. Sed siue misero, siue beato,  
quum moueat seipsum, tum sane liberum esse negati nõ potest. Vnde confi-  
ditur, non quamlibet necessitatem spoliare arbitrium sua libertate, vt con-  
tendit Bellarminus.

V. Reliqui Patrum loci alij de Electione loquuntur: alij de Necessitate.  
De Electione isti, Origenes lib. 3. de Principijs cap. 1. Liberum arbitrium  
esse facultatem discernendi bonum à malo, & eligendi quod placuerit. Na-  
zianzenus Apologetico, *Arbitrij libertas, parem in vtrumque partem motum  
habet.* Nyssenus de Philosophia lib. 7. cap. 3. dicit omnem electiuam pote-  
statem esse in opposita.

VI. Recito locos, ne imponat mihi fides Iesuitica. Origen. *Consequens  
est, vt quoniam natura rationis huius quæ est in homine, habet in se vim digno-  
scendi boni vel mali: idque quum discernit, inest ei facultas etiam eligendi, quod*

*probauerit: in eligendo quidem, quod bonum est laudabilis: in sequendo vero quod  
turpe vel malum est, iure culpabilis iudicatur.* Nazianzenus, τὸ ἴδιον ἄρα τῆς  
ἀρετῆς ἀναγκαῖον ἐστὶν, ποιῆσαι τὸ ἀγαθόν, καὶ ἡμίπερος. ἢ φύσει μόνον κληρονομή-  
σας, ἀλλὰ καὶ ἐπιεικῶς καὶ ἐπιεικῶς, καὶ τῆς ἐπιεικῆς αὐτῆς αὐτῆς κινήσεως.  
Summa bonitatis fiat, efficere vt bonum esset etiam nostrum: non natura sola in-  
stitutum: Sed & voluntate cultum, ac liberi arbitrij in vtrumque motibus.

VII. Primum ergo, mentitur Bellarminus asserens scriptum ab Origene,  
Liberum arbitrium esse facultatem discernendi bonum à malo, & eligendi  
quod placuerit. Nam Origenes tantum naturam rationis habere facultatem  
discernendi, postea eligendi. Hæc autem ab illis, quantum distent, quis non  
videt? Nam vires procedunt quidem à natura rei: at non sunt adæquate res  
ipsa: aut etiam rei natura. Non esse autem electionem semper coniunctam  
Libero arbitrio, iam ostensum; quum obseruatum in Deo electionem non ef-  
fe, & tamen esse liberum arbitrium.

VIII. Nazianzenus item dixit, τὸ ἐπὶ ἀμφοῖν κινήματα, at non ἴσα πάντα,  
quod Bellarminus addidit. Cæterum loquitur Nazianzenus, non de Libero  
arbitrio in genere: sed de humano. Nam in Deo non sunt motus in vtrumque;  
quum non sit etiam electio: non sit etiam vlla in malum propensio: In An-  
gelis etiam bonis, nulla nisi in bonum: malis, nulla nisi in malum. Non sunt  
ergo vniuersaliter Libero arbitrio naturalia τὰ ἐπὶ ἰσῶ ἀμφοῖν κινήματα.

IX. Apud Nyssenum lego, *Omnis electiuam potestas, eadem oppositorum est.*  
In quo rursus Bellarmini præposterum admiror ingenium. Nam quid ad re  
præsentem. Non enim idem est electio, & liberum arbitrium? Alioqui, quod  
sæpe monui, in Deo nullum esset arbitrium liberum: quod absurdissimum.  
Deinde etiam si electio concedatur: tamen non omnis necessitas eueritur: vt  
directionis, vt consequentis, vt interna. Nam & Absalomo electio erat pro-  
posita: consultauit enim antequam ingrederetur ad patris concubinas: & ta-  
men euentus non fuit incertus: erat enim prædictus à Deo, & optionem ha-  
bet quilibet credendi, vel non credendi: sed qui saluari vult, necesse habet  
credere. Denique cui vitiatum est gustus, multis propositis cibis, eligit dete-  
rius, interno suo vitio. Quare etiam electiuam potestas, eadem sit oppositorum:  
tamen arbitrium non est liberum ab omni necessitate.

X. Venio ad eos locos qui de necessitate: Gregorius Nyssenus, lib. 7. de  
Philosoph. c. 1. Hominem docet esse liberi arbitrij; eo quod humanæ actio-  
nes non fiant necessario: sed possint etiam non fieri. Capite secundo: hæc esse  
in libero arbitrio: ire, non ire: dare, non dare: concupiscere, & non concupi-  
scere: lætari, non lætari. Et his Nysseni consentit Damascenus, lib. 2. de Fide  
c. 25. & 26. Hilarius in Psalm. 2. *Vnicuique nostrum libertatem vita, sensumque  
permisi: non necessitatem in alterutrum assignens.* Optatus l. 7. *Voluntas habet  
penam, necessitas veniam. Homicida scelus potest facere: potest etiam non facere:  
& cætera huiusmodi in quibus liberum habetur arbitrium.* Ambrosius de Fide,  
l. 2. c. 3. *Pro voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.* Augustinus secun-  
di contra Faustum c. 5. *Et nos sub fato stellarum nullius hominis genesis ponimus,  
vt liberum arbitrium voluntatis, quo bene vel male viuatur, propter iustum  
iudicium Dei ab omni necessitatis vinculo vindicemus.* Tertio de Libero arbi-  
trio, necessitatem perpetuo voluntati opponit. De Vera Religione c. 14. *Si ne-  
cessitate id fecisset, nullo peccati vinculo teneretur.* Bernardus libro de Gratia &  
Libero arbitrio, *Est veroratio data voluntati, vt instruat illam, non vero vt  
destruat. Destrueret autem si necessitatem ei vllam imponeret; quominus libere  
pro arbitrio sese volueret, siue in malum consentiens appetitui siue in bonum gra-  
tiam sequens.*

XI. Respondeo; apud hos Patres necessitatem intelligi vel coactionem,  
& violentiam, vel naturalem motionem. Quæ vtraque dicitur *δύναμις*, distat à  
voluntate; siue qua nullum esse aut fingi potest liberum arbitrium: vt necesse  
sit, & violentiam, & naturam funditus tollere Liberum arbitrium. Sic autem  
intelligi necessitatem probatur ex iisdem. Violentiam primo. Nyssenus Ca-  
techetis c. 31. λέγουσιν δὲ ἠκούσας τὸ θεῖον εἰπερ βίλοιτι, καὶ τὰς ἀνημπούτους ἰσοῦται ἀνα-  
γκαστικῶς ἐφελκυστικῶς τῆς ἐπιθυμίας τῆς κατὰ φύσιν. Dicitur posse Deum  
si velit, eos qui resistunt necessario pertrahere ad suscipiendam prædicationem.  
Occupatio est obiectio. Sequitur responsio, Πῶς τίνων ἐν τῷ τοῦτο τὸ ἀντι-  
θέσιον, πῶς ἴδιον τῆς, πῶς δὲ τὸν κατὰ φύσιν οὐκ ἐπινοῦνται, μόνον γὰρ τὸν ἀφύχων, ἢ  
τῶν ἀλόγων τῆς ἀπορίας βυλιματῶν τῶν δοκῶν ἀπειροῦ ἢ δὲ λογικῆς τῆς  
νοεῖς φύσεως ἐάν τῃ ἀντιθέσει δαπνηται, καὶ τῶν κατὰ φύσιν τοῦτο συναπαλάσσων. Vbi  
esset ergo in his liberum arbitrium? vbi virtus? vbi laus bene agentium? Est enim  
solum anima expertium, aut rationis, aliena voluntate ad id quod videtur, de-  
duci. Rationis autem particeps & intelligens natura, si liberum deposuerit arbi-  
trium, simul & perdit gratiam intelligentis. En tibi liberum arbitrium oppo-  
situm τῆς ἀνημπούτης ἰσότητος, καὶ ἀναγκαστικῶς ἐφελκυστικῆς, καὶ ἀπορίας βυλιματῶν  
ἀπειροῦ. At ea profecto non est omnis necessitas: sed ea, quæ esset coactiuæ.  
Atque eadem proflus ratione in lib. de Vita Mosæ, idem autor opposit *αναγκασ-  
τικῶς δὲ δυνάμει θεῷ, τῆς ἐπιθυμίας τῆς κατὰ φύσιν, καὶ ἀπορίας τῆς φύσεως καὶ  
τῆς σκέψης αἰτίας.* Quæ omnia intelligi non possunt de necessitate, aut inter-  
na: aut consequentis, aut directionis, aut denique specificationis.

XII. Augustinus tertio de Libero arbitrio non potest esse obscurus: nam,  
& necessitas, & cogendi vocabulum vsurpat promiscue. *An forte negabis  
nullo cogente, aut superiore, aut inferiore, aut equali: sed ea nos voluntate peccare.*  
Sic sæpe in eo libro de Vera Religione, c. 13. *Defectus iste, qui peccatum vo-  
catur, si tanquam febris, inuitum occuparet, recte iniusta pœna videretur.*

XIII. Bernardus de Gratia, & Libero arbitrio: definiens consensum  
voluntarium, quo discernimur à bestiis, cum quibus communem habemus  
naturalem appetitum. *Est, inquit, habitus animi liber sui.* Tum explicans  
eam libertatem, *Siquid non cogitur, non extorquetur: Est quippe voluntatis,  
non necessitatis: nec negat se, nec præbet cuiquam, nisi ex voluntate.* Alioquin,  
si compelli valet inuitus, violentus est, non voluntarius. *Vbi autem voluntas  
non est, nec consensus: non enim est consensus, nisi voluntarius.* Vbi ergo con-  
sensus, ibi voluntas. Porro, vbi voluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici potest  
liberum arbitrium. Rursus, *Quomodo ad bonum conuersus per gratiam huma-  
na voluntatis consensus, eo libere bonum, & in bono liberum hominem facit, quod  
voluntarius efficitur, non inuitus pertrahitur: Sic sponte deuolutus in malum, in  
malo nihilominus tam liberum, quam spontaneum constituit, sua vtrique volun-  
tate ductum, non aliunde coactum, vt malus sit. Et, sicut cœlestis Angelus, aut et-  
iam Deus ipse, permanet libere bonus, propria videlicet voluntate, non aliqua ex-  
trinseca necessitate: sic profecto Diabolus aequè libere in malum, & corrumpit & per-  
sistit suo vtrique voluntatis natura, non alieno impulsu.*

XIV. Hi ergo violentiam, siue coactionem appellant necessitatem, nimirum ab externa causa, hominem ad actum mouente. At Hilarius natu...

XV. Hec quum ita sint, nihil est iam difficile. Quia enim necessitas generale nomen est, absurdum fuerit, audito eo, nihil distinguere: nec sequitur, si libertas opponatur necessitati...

CAP. IV.

Argumenta Catholicorum de Necessitate liberi Arbitrii.

I. Nostra nunc partes sunt docendi Liberum Arbitrium sua natura, non esse solutum omni necessitate. Ostendam enumeratione: primo de interna: tum de necessitate directionis...

II. Arbitrium Dei, Angelorum, Diaboli, hominum glorificationum, & damnationum, est liberum. At eorundem Arbitrium non est liberum a necessitate interna...

III. Maior probatur, primum de Deo: & quidem, ut ne longe abeam, testem non tantum Francisco Cumel disputatione de voluntate hominis; capite de Libero arbitrio Dei: sed etiam ipso Bellarmino ex professo ita disputante...

IV. Ita ergo docente Scriptura, necesse est confiteri, aut nullam esse liberum arbitrium, aut esse in Deo plenissime, perfectissimeque. Et sane iniuriam facit Caluino Bellarminus; quum ei contrariam sententiam impingit...

V. Atqui haec calumnia est, & quidem malitiosa. Nam omnino falsum; doceri nihil posse Deum, nisi quod faciat. Hoc, inquam, apud Caluinum nemo legat. Quid ergo? Nempe inanis, otiosa, sopita omnipotentia; omnium detestatur...

VI. Ad rem redeo. Deum ergo certum est habere liberum arbitrium. De Angelis & hominibus bonis malisque, nulla est etiam controuersia. Et vno argumento potest probari: quia sunt omnes rationales creaturae...

que consultat: ita consultat, ut qui in seipso habeat optionem faciendorum: quod praelatum fuerit, eod. consilio, eligat, & electum exsequatur. Et tunc, & tunc...

VII. Restat Minor probanda: scilicet, non esse in Deo, aut in Angelis bonis malisque; aut in hominibus glorificationem, damnationem; liberum ab interna necessitate arbitrium...

VIII. Audi Bernardum de Gratia & Libero arbitrio; non de Deo tantum, & glorificationis, sed etiam de Angelis bonis malisque; ac de hominibus damnationis: atque adeo hanc ipsam nostram quaestionem ex professo concludentem...

IX. Nec sunt hominum commenta. Nam Deum Scriptura testatur esse omnis mutationis expertem. Malachia 3. Ego Dominus, & non mutor. Iacobi primo. Apud Deum non est transmutatio, aut conuersio in obumbratio...

X. De Angelis id sufficiat; quod neque bonorum vllum vnquam peccatum, neque malorum vllum vnquam bonum factum, Scriptura tradit. Quamquam de istis illud perspicuum; Ioan. 8. Ille homicida est ab initio...

XI. Enimvero Delphinus, de Libero Arbitrio, capite, Quatum rerum sit liberum arbitrium. Dupliciter considerari potest liberum arbitrium: primo quidem, ut liberum est: deinde, ut deliberans...

XII. Haec tunc de Interna: nunc de directionis necessitate. Si nulli directionis necessitati obnoxium esset liberum arbitrium; Ergo pleraque diuina decreta, essent incerta, & frustra caeca...

XIII. Est ergo certa conclusio, liberum arbitrium non tollere omne genus necessitatis. Consentit Delphinus, eod. c. quod paulo ante indicauimus. Haud enim liberum arbitrium eo dicitur, quia sic istud non velit, aut nolit, ut oppositum queat velle...

Vertical text on the right margin, partially cut off, containing various notes and references.

re illud, & nollet. Satis esse, si quis habeat optionem diuersarum rerum, quod electio fiat cum pleno, atque perfecto iudicio rationis inter eas. Sed & ante istos Tapperus art. 7. statim initio, Necessitari voluntatem à Deo, qui autor est natura, quamuis cogi ab eo non possit, nihil vetat: nam tunc auferret illi libertatem in tali actione, mouendo eam ceu brutam pecudem, quod nunquam facit lege communi. Salmeron tract. 56. tom. 9. Stat etiam liberum arbitrium cum lege vetante, & precipiente: quia adhuc homo libertate non destituitur. Imo quod maius est, cum necessitate bene operandi, vel male faciendi: & ut sic dicam, cum impossibilitate. Nam in Angelis & beatis tanta dignitas liberi arbitrii non abest: sed cum necessitate bene operandi: & cum impossibilitate male faciendi coniuncta. Cacodæmones, damnatiq; omnes, liberum arbitrium, quod naturale est, ac proinde amitti nequit, habent, sed cum impossibilitate benefaciendi, & cum necessitate male operandi annexum.

## CAP. V.

## Voluntatem creatam determinari à Prouidentia.

I. Disputatio sequitur de necessitate Prouidentia: quæ pertinet ad argumentum postremum præcedentis capitis: quo conficiebatur liberum arbitrium dirigi à Deo ad finem certum: Quæstio hinc mouetur de cooperatione diuinæ voluntatis cum libertate voluntatis creatæ, hanc enim malo generaliter, quam libertatem humanam, cum Bellarmino: qui hac in controuersia sudat valde capitibus tribus lib. 4. de Gracia & Libero arbitrio, videlicet 14. 15. & 16.

II. Statim autem initio imponit Caluino, huiusmodi argumentum: Diuina voluntas est prima causa omnium rerum: & iam ab æternitate decreuit quid velit, aut non ve it fieri: nulla igitur esse potest in homine libertas arbitrii: nam prima causa efficiens prima est, nec potest vllus diuinæ resistere voluntati. At Caluinus nunquam est argumentatus in hunc modum, ad tollendum liberum arbitrium: quod ille diserte concessit, vt docuimus.

III. Itaque hac impostura neglecta, quæstionem videamus: Voluntatem diuinam esse primam causam omnium quæcunque fiunt, certum est, vt notat Bellarminus Itaque, necesse est in ijs quæ fiunt per liberum arbitriū, hanc causam interuenire: hoc est eius efficaciam certam cognoscere. Id vero quomodo fiat anquiratur: atq; hic Caietanum Bellarminus notat dixisse, concordiam istam liberi arbitrii cum voluntate diuina videri inexplicabilem, neq; intelligibilem in hac vita. Cui nos & Costerum addimus Iesuitam in Enchirid. cap. 5. Voluit Deus, inquit, hac difficultate palam facere nobis omnipotentiam suam: quod in his etiam rebus, quæ nos attingunt, plus possit, ac faciat, quam nos capiamus, aut intelligamus: vt omnis intellectus in obsequium Dei captiuum se reddat: neq; plus sapiat quam oporteat sapere. Quam sententiam nos quidem valde laudamus: Et censemus tamen cum Bellarmino, conandum esse rebus etiam obscuris lumen afferre, dummodo sapiamus ad obiectatæ: neque immani curiositatis humanæ pruriginem indulgeamus, aut etiam staturamus: sed canonem adhibeamus sacrum: vt quicquid in Scripturis Deus reuelarit, id tantum amplectamur.

IV. Hoc posito, quatuor nobis sententias Bellarminus enumerat, eorum qui explicare conantur hanc difficilem quæstionem. Primam Durandi: Nullum requiri voluntatis diuinæ concursum ad actiones causarum secundarum: sufficere enim ipsas naturas, earumq; virtutes: & vt eas Deus, qui condidit, idem conseruet: Locus est in secundum sententiarum distinctione 37. quæstione 1. Verba autem, Deus non est causa actionum liberi arbitrii: nisi quia liberum arbitrium ab ipso est, & conseruatur. Sed hanc sententiam Bellarminus explodit, & merito: vt contrariam tum Scripturis, tum Patrum testimonijs: vt prolixè disputatum est huius tomi libri secundo.

V. Secunda sententia est, eorum qui fatentur Deum determinare suo concursu actionem voluntatis humanæ, & eo posito non posse eam non agere: esse tamen liberam, siue quia Dei concursus non sit de prærequisitis ad actionem liberi arbitrii: sed tantum de comitantibus, quæ opinio est Iacobi Almaini de Moral. c. 1. & 2. siue quia concursus ille determinans voluntatem, non impedit, quominus homo plenum perfectumq; habeat iudiciū rationis. Sed hæc etiam sententia Bellarmino displicet, & curiose refutatur. Nos autem illud Almaini nullo modo probare possumus: de reliquis partibus dicam postea.

VI. His exturbatis, reliquas habet duas, quibus acquiescat Tertiam Gregorij Ariminensis, Scoti, Gabrielis in secund. sententiar. distinct. 37. cooperationem diuinam tenere se ex parte effectus (verba recito) nõ ex parte cause: hoc est, concursus Dei non determinare voluntatem nostram, nec aliquid in illam imprimere aut operari: sed immediate influere in effectum, eumq; producere illo ipso momento, quo à voluntate nostra producitur. Declarat similiter: quum duo ferunt ingentem lapidem, quem neuter possit: tum vero neuter alteri vires addit, eumque impellit.

VII. Quarta sententia superest Thomæ: cooperationem diuinam ita concurrere cum secundis causis etiam liberis: vt non solum eis dederit, & conseruet virtutes operatrices: sed etiam eas moueat, & applicet ad opus. Et hanc valde videri consentaneam, tum Scripturæ, tum rationi, & ordini, quem habet prima causa cum secundis.

VIII. Nobis postrema sententia videtur optima. Sed nullo modo obstare, quominus dicamus à Deo determinari actionem voluntatis creatæ: si quidem determinare nihil aliud significet, quam destinare ad vnum certumq; effectum. Et omnino ita est. Mouet Deus, non tantum creaturas brutas: sed etiam racionales: & ita mouet, vt prima causa secundas: nec vt naturaliter, siue contingenter, sed consilio, decretoq; non minus certo, quàm sapiente. Itaq; frustra esse nullo modo potest: quæcunque, tandem sit causarum secundarum libertas: quam agnoscamus ab eo conseruari. non euerri, aut aboleri. Itaq; non tantum ab ijs absumus, qui negant concurrere Deum cum causis secundis, aut non esse de prærequisitis ad actionem. Sed etiam ab ijs qui in tertia sententia volunt cooperationem diuinam tantum exerceri in effectum, non autem in causam.

IX. Probatur ergo voluntatem creatam, quantumuis liberam, determinari à Deo ad suum effectum. Primo: Si Deus dat & velle & perficere pro bona sua voluntate: ergo determinat voluntatem. Probatur antecedens 2. ad Philip. Deus is est qui efficit in vobis, & vt velit is, & vt efficiatis, pro bona voluntate. Probatur consequentia: quia determinare voluntatem, est eam

certo mouere ad aliquem certum effectum: at qui dat velle, omnino mouet voluntatem: nam velle, est ipse voluntatis motus: nec potest velle voluntas quin velit aliquid certum: deinde non potest perficere, nisi certum aliquid, & vnum: si ergo voluntas vult id quod perficit: certe vult aliquid certum. Quare Deus qui dat perficere aliquid certum: & dat velle id quod perficitur: sine dubio dat velle aliquid certum, siue determinatum. Quare omnino determinat voluntatem. Et tamen loquitur Apostolus de conscientia salute: in qua omnino necesse est voluntatem esse liberam. Vnde necessario conficitur, voluntatem manere liberam, etiam tum, quum à Deo determinatur. Quod etiam ipsum velle satis concludit.

X. Secundo: Si Deus habet in manu cor hominis, & inclinatur quo vult, ergo determinat voluntatem liberam. Probatur antecedens: Prouerb. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocunq; voluerit, inclinabit illud. Probatur consequentia. Nam habere aliquid in manu, significat in potestate sua aliquid habere, vt pro arbitrio disponas. Deinde inclinare quocunq; velit Deus, non potest intelligi, nisi proposito certo quodam quasi scopo, non potest enim velle, nisi aliquid certum & determinatum.

XI. Bellarminus capite vndecimo respondet dupliciter Primo: hunc locum intelligi de executione: vt sensus sit, solum Deum posse impedire executionem regiarum voluntatum. Probatur ex Græco, vbi pro diuisiones aquarum, legitur ἐπιπέδησεν ἰσχυρῶς, impetus aquæ, quasi dicat, sicut impetus aquæ non potest impediri & coerceri, nisi à magna aliqua vi: sic etiam, quod Reges volunt, impediri non potest, nisi à Deo. Secundo, facile esse Deo mutare voluntates hominum, etiam si Reges sint: nimirum interius eis proponendo, quæ nouit eorum ingenio congruere.

XII. Sed prima solutio frustra est. Tum quia agnoscit Bellarminus, Hebraice, non haberi impetum aquæ: sed riuos aquæ, siue, vt in Vulgato, diuisiones, quæ quod idem est: quia riuus diuiditur inter se ab vno fonte. Tum etiam, quia, impedire voluntatem regiam, nulla arte confici potest, vt sit inclinatur eam. Nam qui impedit executionem, eum nihil est necesse agere in executionis voluntate. At inclinare aliquid, omnino significat agere in eo, quod inclinatur. Quare, qui inclinatur cor, omnino agit in corde. Hoc vide ex alijs locis. Decimo nono 2. Samuelis, dicitur Dauid missis nuncijs inclinasse cor omnium virotum Iehudæ, vt mitterent ad se: non, quia simpliciter impediuit eos, ne à se discederent: sed quia prudenter monendo effecerit, vt omnes vellent reconciliari. Prioris Regum 1. mulieres extraneæ dicuntur auertisse cor Salomonis: At Hebraice idem verbum est: sed & Græce: itaque inclinasse dicuntur cor Salomonis: nimirum blanditijs suis efficientes, vt vellent adhærere idololatriæ. Ad eundem modum, Prioris Regum 8. Salomo benedicens populo, Inclinet, inquit, Deus corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius. Et Psalm 119. Inclina cor meum in testimonia tua.

XIII. Secunda solutio inutilis est. Enimvero certum est, facile esse Deo mutare voluntates hominum: alias non habituro corda eorum in manu. Sed plus habet Scriptura, quum dicit inclinare quo velit: hoc enim intelligi nequit, nisi consideremus euentum pendere à Deo, ac proinde certum esse. Quod si est certum: ergo determinatur Deo. Perinde est igitur, ac si legeremus, Deum determinare euentus voluntatis. Nec interest, vtrum regibus proponat: quæ nouit eorum ingenio congruere: nos enim non dicimus corda cogi à Deo: sed tantum dirigi, vel inclinari quo ille vult. Quamquam non potest hæc ratio esse generalis. Quum enim Deus inclinatur cor hominis ad sua mandata, tum ex præcedenti argumento scimus, Deum, non tantum proponere ea quæ ingenio congruunt: sed etiam efficere, vt homines velint, hoc est, mouere voluntatem ipsam, siue ipsam facultatem volendi.

XIV. Si Deus determinat voluntarios euentus ergo & voluntatem. Probatur antecedens, Act. 4. Coacti sunt, id est, congregati sunt aduersus Sanctum Filium tuum Iesum, quem vnxiisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum Gentibus, & populo Israel, vt facerent quocunq; manus tua, & consilium tuum prius desinerat faciendum. Illud desinere, Græce est ἀποστέλλω, quo significatur determinari: est enim ἀποστέλλω de iudicio, quod significatur terminus. Ad Rom. 8. Quos præsciuit, eosdem & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. Rursus prædestinauit, ἀποστέλλω. Ad Eph. 1. 4. 5. qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. His ergo locis dicitur Deus determinare: sed & voluntarios euentus: neque enim Herodes & Pilatus Christum cruci affixerunt nolentes, aut conformis quisquam fieri potest Christo, adoptatiue in Filium Dei, nisi volens.

XV. Quarto: Causa omnis secunda mouetur ad efficiendum per primam. At voluntas creatata est causa secunda: & Dei voluntas est prima. Ergo voluntas creatata mouetur ad efficiendum, a voluntate Dei. Si autem mouetur: ergo determinatur.

XVI. Respondet Bellarminus cap. 15. Causas secundas alias esse instrumenta, alias non proprie instrumenta. De instrumentis, veram esse maiorem, at minorem falsam. De alijs, maiorem quidem esse veram: sed maiorem falsam. Tum enim inter causam primam & secundam, non esse hunc ordinem, vt vna alteram moueat: sed, vt vna sit prior altera perfectione illimitatione, & necessitate.

XVII. At primo hoc somnium est. Nam causæ omnes vel subordinatæ sunt, vel coordinatæ. In illis proprie dicuntur primæ & secundæ: in his autem minime. Vt in taxo illo, quod alias Bellarminus posuit à duobus gestari neuter dicitur prima, secundaue gestationis causa. Sed idem saxum si deferatur curru, prima causa dicitur auriga, qui agit equos, à quibus currus agitur. Deinde, quid atinet tergierari? Quum certum sit, Deum dici primam causam, eo quod reliquas moueat. Nam certe etiam homines dicuntur instrumenta Dei: facta 10. Assur appellatur virga furoris Dei.

XVIII. Sed de instrumentis Bellarminus respondet: sic dici homines, nõ proprie, verum metaphoricè: quia possit Deus, quando vult, ita flexere eorum animos, quomodo artif. x. flexit instrumenta sua. Esse autem etiam hominem causam principalem: quum sit liber, & dominetur animantibus cæteris.

XIX. Et fateor sane instrumenta solere dici ea, quæ à seipsis motum non habent. Isidorus Origin. lib. 5. cap. 25. Instrumentum, inquit, est vnde aliquid construimus: vt calamus, ascia, culter. Cuiusmodi instrumenta ab Hebræis solent vasa כלי appellari. Et hac notione quis neget homines

Argumenta Bellarmini contra determinationem actionum voluntatis.

improprie dici instrumenta? Sed tamen metaphora anam dedit similitudo quia, quemadmodum homines per instrumenta inanima, efficiunt id quo d'animo destinantur: Ita Deus per homines exsequatur opera sua. No excluditur motus homini proprius hac ratione: sed simul tamen docetur homo subesse Deo vnti eius motibus. Et quidem videntur Hebraei hac parte fuisse reliquis cautiore; qui peculiarem habent phrasin, qua significant operam hominum secundariam, siue a Deo, siue ab hominibus adhibitorum. Iudicium sexto. Si saluas, כרתי per manum meam Israel, id est, inquit Vatablus, per me & mea opera. Exod. 35. Quae iusserat Dominus per manum Moysi. Leuitici 10. Legitima mea qua loquutus est Dominus ad eos per manum Moysi. Et hac phrasin vix quicquam vsitatus.

XX. Esse vero hominem causam principalem concedi potest: quia nihil obstat in eodem opere multas agnosci principales causas, varia ratione. Sed esse primam causam absolute, hoc est, vt non sit subordinata Deo, hoc vero falsissimū. Alias non omnia Deus efficeret: quod tamen vult Paulus. Esto ergo sane homo liber: & dominetur ceteris animantibus: dum ipse sese agnoscat subditum Deo.

XXI. Quinto: Quicquid disponitur a prouidentia Dei, etiam determinatur. At effectus voluntatis creatae disponuntur a prouidentia Dei, ergo iidem determinantur. Probat maior, quia Prouidentia est singularium. At non possunt esse singularia, nisi sint determinata. Minor probata est tom. 2. lib. 2.

XXII. Respondet Bellarminus. Primo Deum ab aeterno praedestinasse omnes effectus, sed non ante praeuisionem determinationis causarum secundarum, praesertim contingentium, & liberarum. Secundo, determinasse sed non eodem modo, alios enim futuros se operante, siue cooperante alios se permittente, siue non impediante. Probat vtrumq; primo, quia alioqui etiam peccata praedeterminasset, ante praeuisionem malae voluntatis, & ideo malam voluntatem esse voluisset, vt inde peccata iam ante praedeterminata prodirent. Secundo, quia Dominus non diceret vnum ex passibus non cadere in terram sine Patre nostro: sed diceret, vnum ex passibus, no cadere in terram, quem Pater noster in terram non deieceret, si omnia essent determinata.

XXIII. Verum haec absurda sunt. Nam, si nihil praedestinat Deus, nisi praeuisa determinatione causarum secundarum: ergo haec determinatio praeuisa, est causa superior praedestinatione diuina, id est, Deo ipso, quod est blasphemum. Secundo, effectuum contingentia oriretur a causis secundis, id est, subordinatis prouidentiae: quod falsum, & iam olim refutatum a Thom. 1. part. q. 19. art. 8. Quia, inquit, effectus alicuius prima causa est contingens propter causam secundam: ex eo quod impeditur effectus causa prima per defectum causa secundae: sicut virtus solis per defectum plantae impeditur. Nullus autem defectus causa secundae impedire potest, quin voluntas Dei effectum suum producat. Secundo, quia si distinctio contingentium a necessariis referatur solum in causas secundas, sequitur, hoc esse praeter intentionem & voluntatem diuinam quod est inconueniens.

XXIV. Non omnia determinasse Deum eodem modo assentimur: sed determinasse quaedam futura, se nihil operante, sed tantum non impediēte: hoc vero primo inutile est, non enim probat hos effectus voluntarios esse huius ordinis: & nos ante probauimus etiam voluntarios effectus produci Deo operante, siue cooperante. Deinde falsum est: & contra naturam Dei: cuius prouidentia non potest separari ab omnipotentia: tum etiam quia Deus est causa prima: qua nullo modo intelligi potest, nisi cooperetur secundis: vt Sol causa prima frugum, quia cooperatur terrae.

XXV. Obiectiones etiam sunt inutiles. Prior, quia non tantum Deus prauidet: sed etiam praedeterminat ea quae sunt peccata: quae tamen peccata non sunt, nisi quatenus a causis secundis sunt male: quod fit, propter earundem defectum. Neq; hoc difficile intellectu, Nam quum Deus nunquam operetur nisi voluntarie: tum sunt nihilominus earum operationū effecta, alia coacta, alia naturalia. Exempli gratia: Iosephum Deus deduxit in Aegyptum: ipso proficiente Iosepho, Gen. 45. Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Et tamen: qui eundem legerit captum a fratribus, venditumq; Madianitis, dubitare non poterit inuitum coactumq; deductum esse. Numerofam sobolem Deus dedit ancillae Agar. Genes. 17. Horum euentuum, alter coactus fuit: alter naturalis: Et tamen Deus autor vtriusque, nec naturaliter, nec coacte: sed voluntarie. Itaque quicquid est coactionis, siue naturalitatis, id dici necesse est relate ad causas proximas. Sic & ea contingentia, quae mere fortuita hominibus appellantur, eo quod cause proximae intentio non succedit. Ascendit frondator in arborem, mouet securim: quae elapsa interficit alium sub arbore. Deus hunc se occidisse pronunciat. An fortuito? Quis credat, contra asserente Christo, ne capillum quidem effluere absque Deo? Ergo Dei intentio non frustra fuit: ideoq; euentus hoc respectu fortuitus non fuit: sed tantum respectu frondatoris, cui nihil minus erat propositum, quam hominem occidere. Quum haec cita sint, facile iam quilibet concipit, quomodo opera, quae Deo efficiente bona sunt, eadem homine operante mala sint.

XXVI. Posterior, est ridicula. Quid enim obstat quominus sine Patre vestro, significet non cooperante Patre vestro? Nam quum eundem ingentem lapidem duo gestant, quis neget dici posse, vnum non gestare sine alio: aut quis inde concludat alium non gestasse: Caietanus in Matth. 10. interpretatur sine nutu Dei patris vestri. Bene Franciscus Lucas in Matth. 10. Sine Patre vestro, non interueniente voluntate & decreto Patris vestris. Si decretum, ergo determinatio.

XXVII. Sexto loco addam ex Thomae Commentarijs in 9. ad Roman. rationem ex Aristotele. Dicitur Esai. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Probat autem hac speciali ratione Aristoteles de operibus voluntatis humanae. Quum enim homo habet potentiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum, per consilium, ex quo vnum oppositorum praeseligit alteri. Sed quum iterum homo habeat potentiam consiliandi, vel non consiliandi, oportet esse aliquid per quod reducatur in actum consilij. Et quum in hoc non sit procedere in infinitum, oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine, quod ipsum moueat ad consiliandum. Et hoc non est aliud quam Deus.

I. AT Bellarminus argumentatur contra. Primo, eam sententiam, quae adstruit actus Voluntatis determinari a Deo, non esse consentaneam Scripturae. Quia Ecclesiastici decimo quinto legimus, hominem relictum in manu consilij sui, vt ad quodcunq; voluerit, extendat manum suam. At non relinquitur in manu consilij sui, qui in omnibus suis actionibus determinatur ab alio, cui resistere nullo modo potest. Praeterea Scriptura, quae dicunt hominem habere optionem eligendi hoc aut illud, sine dubio significant, hominem dominum esse suarum actionum, & indeterminatum.

II. Respondeo ad primum, primo non esse librum Canonicum: itaque Catholicos non teneri eius autoritate. Et sane phrasin est durior: reliqua eum in manu consilij sui: quae videtur simile aliquid Deo affingere, quale in vsu est iis, qui aut totum aut compingunt, postea deserunt, nullam eorum curam habentes. Quod est indignum Prouidentia diuina: quam negari non potest complecti etiam minima. Secundo, potest tamen fortasse emolliui hoc, quicquid est duriusculum: vt non comparetur homo cum Prouidentia diuina: sed tantum doceatur ita creatus, vt, non natura, agat bene, vel male quomodo plantae, hos illosve fructus ferunt: sed deliberatione, & consilio certo: quod & verum est: nec negat determinari a diuina prouidentia, consilij, deliberationisve euentus. Quia prouidentia non tollit naturales rerum proprietates: sed ita omnia disponit, vt mediae causae necessariae, agat necessario: & contingentes, contingenter: & voluntariae, voluntarie. Itaque certum, hominem ad quodcunq; vult extendere manum suam: quia et si velit Deus, illum ad hoc illudve extendere: tamen ita vult, vt homo non priuetur suae voluntatis libertate. Sicut ita determinauit ignem de caelo ad exterminium Sodome: vt tamen ignem noluerit priuari sua naturali facultate vrendi.

III. Illud autem, non relinqui in manu consilij sui, qui in omnibus actionibus suis determinatur ab alio, qui resistere nullo modo potest: ambiguum dictum. Nam illud resistere nullo modo potest, vel supponit contrariam voluntatem: hoc sensu, vt resistere non possit, etiam si aliter velit: ac tum verum est: sed nunquam ita voluntatis creatae actiones Deus determinat: quia, vt dixi, prouidentia non destruit proprietates rerum. Vel significat, non posse resistere: quia consentiat: & tum verum quidem ita Deum determinare rationalium creaturarum actus: vt ipsae etiam consentiant: sed falsum, neminem relinqui in manu sui consilij, hoc est, vt exposuimus: permitti suae voluntatis arbitrio, qui sic a Deo determinatur.

IV. Ad secundum, dominus suarum actionum homo dicendus, sic tamen, vt meminerit se subesse voluntati diuinae: ac proinde non quia sit causa prima: sed quia, quum sit causa proxima, agat suo consilio, suaque voluntate. Sic Pilatus, erat quidem dominus suae actionis in crucifigendo Christo: sed fecit tamen, prout erat ab aeterno destinatum, & determinatum a Deo. Sic Pharaon dominus fuit sui actus, quum negauit Iudaeis commeatum: sed tamen hic ipse actus erat a Deo determinatus. In finem sunt huiusmodi.

V. Secundo, Patres Bellarminus obicit Chrylostomum Homil. 11. in Io. Anima sui iuris vim in se habet operandi: neq; vlla in re Deo, nisi velit, obtemperat. Sed hic nihil esse difficile. Sui iuris est anima, quod vertit Aretinus, Chrylostomus dixit, *ἑωυτῆς κυρίου*, sui dominam: hoc est, suarum actionum: quod quo sensu verum sit, iam iam dictum. Nulla in re Deo obtemperare nisi velit, primo vix videtur ita dictum Chrylostomo. *οὐ πάντως, ἀλλ' ἡ βουλήται, μήτηρ τοῦ Θεοῦ.* Non in omnibus Deo, si noluit, obtemperat. Cautius: quia & nolentem animam aliquando Deus trahit. Sed esto. Non obtemperat anima Deo si noluit: at negatur propterea non determinari a Deo eius actus. Volentem enim ducit.

VI. Rursus Chrylostomus Homil. 42. ad popul. Antiochen. Oportet nos prius eligere bona, & ille sua tum inducit: nostras non praesentit voluntates, ne nostram remeret libertatem. Imo, inquam, ipse Bellarminus cautione opus hic esse sensit, quum negauit ab hoc sancto doctore praesententem Dei gratiam negari, aut etiam cooperationem. Atqui haec nobis cooperatio sufficit. Est enim intelligenda primae causae: id est, superioris: non vero coordinatae. At haec primae causae cooperatio determinat effectum nouissimae si ea causa sit omnipotens. Non praesentit ergo voluntatem Deum: nimirum ipse efficiens sine ea: vel potius antequam ipsa efficiat: sed praesentit tamen determinando, vt ipsa efficiat. Et ita *τὸ αὐτῆς αἰσίου ἡ δία φησὶς τῶν*: vt tamen sint *πάντες ἐν τῷ Θεῷ*. Quamquam negari non potest durissime loquutum Chrylostomum.

VII. Chrylostomum sequitur Hieronymus in 26. Hierem. Verbum ambiguum forsitan, maiestati Domini non potest conuenire. Sed nostro loquitur affectu, vt liberum homine seruetur arbitrium: ne ex praesentia eius, quasi necessitate, vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo quod Deus scit, futurum est: sed, quia futurum est, Deus nouit. Si praesentia, inquit Bellarminus, destrueret liberum arbitrium, si esset causa futurae actionis humanae, quanto magis illud destrueret praedeterminatio diuinae voluntatis, si ponatur causa actionum humanarum? Nam longe magis libertati repugnat haec, quam illa.

VIII. Respondeo, Bellarminum sumere falsum. Neque enim Hieronymus dixit praesentiam destrueret liberum arbitrium, si esset causa futurae actionis. Sed, si homo ex praesentia, quasi ex necessitate, cogatur aliquid facere, vel non facere. Et recte: quia, vt docuimus, coactio ( quia est *ἀναγκαστικόν* ) omnino tollit arbitrium liberum. Illud vero Deum scire quae futura sunt: quia futura sunt, non contra; ferri potest, si scientiam nude contemplerit, & abstracte a prouidentia. Ceteroquin certum est, omnibus rebus Deum esse causam, vt sint: ac proinde, etiam vt futurae sint. Itaque, nunquam opponenda est praesentia prouidentiae, de qua hic proprie sermo est.

IX. Rursus Hieronymus, epist. 146. quae est ad Damasum, de filio prodigo. Dedit homini mentis propriae libertatem, vt uiueret vnusquisq; non ex imperio Dei, sed ex obsequio suo: id est, non ex necessitate, sed ex voluntate. Ex imperio, inquit, non quod liber sit homo ab obligatione preceptorum Dei, sed

à necessitate determinante ad vnum. Imo neutrum, inquam. Sed à necessitate cogente: id est, auferente voluntatem, vt Chryostomus dicebat, non obedire Deo nolentem.

X. Post Hieronymum Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 7. cap. 30. *Sic administrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere, & agere motus sinat.* Et ita, inquam, nos docuimus. Quid ergo: Nempe, inquit Bellarminus, proprium est liberi arbitrij, dominum esse suæ actionis; atque ad eam se determinare, non ab alio determinari. Atqui hoc iam nullum est Augustini testimonium: sed mera Bellarmini petitio *in d. 2. c. 2. 2. 2.* Quum enim disputemus, vtrum à Deo liberum arbitrium determinetur: istæ ponitur pro certo, non determinari ab alio. Sane, si hoc Bellarmino licet, confecta res iam pridem fuit: neque erant tot argumenta explicanda.

XI. Superest Gregorius Nyssenus: Nam Damascenum, Bonauenturam, Ariminensem, Scotum, Thomam, quid moremur? Nyssenus ergo, septimi de Philosophia (si tamen hoc Nysseni est opus) capitibus primo, & secundo, docet actiones liberi arbitrij non esse referendas in Deum, vt in causam sed in nos ipsos: & ideo eas dici esse in nostra potestate. Imo apud Nyssenum duo tantum legas: vnum, esse quasdam actiones in nobis: alterum, non esse fas Deo adscribere turpes actiones, & iniustas. Vtrumque verissimum; si modo commode intellectum: Esse in nobis dicuntur omnes actus voluntarij, qui sunt ex vi liberi arbitrij: quod non excludit determinationem diuinam; quæ, vt diximus, liberum arbitrium mouet secundum ei inditam à creatione facultatem: vt nihil obstat, quominus in nobis esse ij dicantur motus; qui tamen à prouidentia fluunt, tanquam à prima causa efficiaci. Non esse autem Deo actiones turpes adscribendas; verum, quoad defectum, vnde turpes sunt: sed falsum, quoad entitatem actionis; quæ nunquam turpis est, & est à Deo: ita vt ad eam nihil sit absurdum, voluntatem liberam determinari à Deo.

XII. Tertio, Bellarminus pugnat rationibus. Prima ratio: Si ponitur determinatio voluntatis à Deo facta: Ergo non videtur posse saluari libertas arbitrij. Probatur consequentia: Omnis libera potentia potest agere & non agere. At si voluntas determinatur à Deo, tum ea non potest agere & non agere. Ergo si determinatur, non erit libera. Assumptum probatur: Quia antequam determinetur, non poterit agere: & postquam erit determinata, non poterit non agere.

XIII. Respondeo negari consequentiam: quia Prouidentia ita determinat; vt tamen conferuet causarum subordinatarum naturam. Determinauerat Deus eum occidere, qui fortuito est occisus; & tamen cædes fuit fortuita, respectu causæ proximæ. Determinauerat idem Iesum oriturum ex Dauide: & tamen is effectus fuit naturalis. Hic vides determinationem, quæ vtrinque eadem est, producere tamen effectus diuersos. Cur non etiam determinauerat Deus Iesum crucifigendum à Pilato & Iudæis, vt tamen effectus fuerit voluntarius: ac proinde liber.

XIV. Liberam autem potentiam dici, quæ possit agere & non agere: falsum est. Et Delphinus Papista negauit, capit præced. *Haud enim liberum arbitrium* (inquit) *eo dicitur, quia sic istud non velit aut nolit, vt oppositum queat velle: sed quoniam ad imperium sui, quod expetit, illud etiam vult, ac prosequitur: quandoquidem sic vult aliquid, vt id velit se velle, aut quoniam pro libero suo id expetit: proindeq; in actu volendi seipsum mouet, sibi que ipsum dominatur.* Idem arbitrium distinguebat in liberum & deliberans: & quatenus liberum, assererat esse non tantum contingentium, sed etiam necessarium. Neque aliter Peltanus tract. 17. Negatur etiam Augustinus & Bernardus; de Dei, Angelorum, & beatorum libero arbitrio disputantes.

XV. Secunda Bellarmini ratio. Si Deus esset agens necessarium, humanamque determinaret voluntatem, tum voluntas non libere, sed ex necessitate ageret. At perinde est voluntati, vtrum Deus eam necessario vel libere moueat. Nam actus voluntatis, si eam Deus moueat voluntarie, quia libere procedit à Deo. Itaque siue Deus libere, siue ex necessitate determinet voluntatem, voluntas ab eo determinata agit non libere, sed necessario.

XVI. Respondeo: si Deus necessario ageret, & non ex voluntate, qui est omnium prima causa: nulla secundæ causæ essent voluntarie: sed omnes necessariz: nec contrarium vel vlla imaginatione concipi potest. Secundo et si concipi possent quedam, tamen Deus agens necessario, euerteret earum proprietatem: quam tamen conseruat, quia agit voluntarie. Itaque falsum est perinde fore voluntati, si eam Deus moueat voluntarie, aut necessario. Consequentia ergo Bellarminij nulla est.

XVII. Tertia ratio. Si ponatur ista determinatio, non poterit intelligi, quomodo Deus non sit causa peccati: & quomodo homines qui peccant non sint digni excusatione. Nam si Deus in omni actu positio voluntate determinat, & mouet ad agendum, certe etiam determinabit, & mouebit ad volendum furari, fornicari, mentiri, blasphemare. Quis autem capiat hominem dignum esse pœna, si id velit, quod Deus determinando, & mouendo facit eum velle.

XVIII. Respondeo, de hac quæstione disputatum esse prolixè tom. 2. Voluntas sic determinatur à Deo, vt ipsa etiam determinet se. Quia non tantum Deus agit voluntarie, sed etiam homo, Et Deus mouet hominem secundum eius naturæ proprietatem. Nec sunt contraria: hominem determinari à Deo, & à seipso: quia subalternata non repugnant. Sic nauis & mouet se delatà à flumine, & tamen impellitur à remigibus. Porro ratio peccati est, non in entitate actionis, sed in defectu. At in efficiendo, siue mouendo entitas illa est à Deo, defectus autem à voluntate humana, sic seipsam determinante. His positus reliqua sunt facilia, & videt quilibet, neque Deum dici autorem peccati, quum ratio eius non sit à Deo, & hominem merito dare pœnas, à quo is defectus est. Sic, et si à Sole prima causa frugum, tamen & arboris bonæ nonnulla laus est, & arbor mala, non frustra *αὐτὸς ἐμὲ* eradicator.

XIX. Postrema ratio. Sententia, quæ ponit prædeterminationem istam in voluntate, non videtur posse distingui à sententia hæreticorum negantium liberum arbitrium, nisi quoad voces. Nam hæretici non negant Deum libere agere, & homines habere perfectum iudicium rationis, quumque aliquid eligunt, & sponte & voluntarie eligere: sed dicunt decreto Dei, & prædeterminatione omnia fieri, nec posse Deo decernenti, & prædeterminanti resisti.

Tom. III.

XX. Sed hæc falsa sunt. Nam Manichæi, qui liberum arbitrium negabant, neque libere Deum agere fatebantur, neque hominem voluntarie. Non Deum: quia duo principia inducebant, alterum bonum, alterum malum. Non hominem: quia natura ei insitum ab ijs principijs siue bonum, siue malum. Simon Magus, si verum docet autor ille Recognitionum, omnia generi, id est fato, subiiciebat: itaque voluntati, consilioque derogabat, tum Dei, tum hominum. At his omnibus Catholici contradicunt, non verbis tantum, sed re vera.

## CAP. VII.

## Vtrum sit in homine Liberum Arbitrium.

I. Hactenus de Natura Liberi Arbitrij. Nunc gemina quæstio, vtrum sit in homine: & quanam sint eius vires. Priorem negarunt olim quidam hæretici. Simon Magus, si quæ fides auctori Recognitionum, quæ Clementis nomine indigerantur: quamquam hunc illi errorem, Veterum nemo tribuat. Sed ille nihilominus Clemens, asserit eum fato, siue stellis omnia subijcere, nihilque relinquere libertati Arbitrij. Manichæi vero hoc nomine merito sunt infames. Socrates Historiæ libro primo, de Mane, *τὸ ἐπ' ἡμῶν αὐτῶν*: non eadem quæ Simon via: sed alia, quæ ipsi humanæ conditioni, bonitatem, aut nequitiam tribueret, quomodo aui volatum, lapidi pondus, & similia.

II. Papistæ, nullum non mouent lapidem, vt Catholicis quomodo cunque creent inuidiam, simile quid Caluino affingunt: atque hoc nomine in eum debacchantur impotentissime. Panigarolla discept. 8. *Nonne Caluinus negat habere nos liberum Arbitrium? Nemo id ignorat, Haut aliter Lorichius. Ioannes Hayus, quæst. 88. Sublato libero arbitrio, inducitur, absoluta necessitate, qua ratione purgabitur vos damno errore, quem primus inter Christianos sensit Simon Magus: deinde admiserunt Manichæi, aliaq; huiusmodi monstra? Præcolus in Elencho, inter alias blasphemias Caluini, hominem cum Manichæis facit brutum, quia non liberi arbitrij. Nec seorsum abijt Peltanus tract. 18. de Peccato originali.*

III. Verum tamen nihilistic, præter infinitam illam calumniandi rabiem, qua Papistæ feruntur in pijssimos quosque: vt quos argumentis vincere non possunt, obruant mendacijs. Sed enim Alphonsus de Castro, quum de Libertate hunc primum errorem numeret, tum vero Caluinum nullo loco nominat. Nec iste tantum, qui et si Papista, tamen frontem non profusus amiserat: sed & impudentissimus Posselinius, Atheismo decimo, quum hanc ipsam arbitrij negationem criminosis exagitat, tum vero suam Caluino quietem permittit: quem tamen, quoties quæso, vel leuissimis captatis, imo affectatis occasionibus laniat? Gautierus, in Chronologia seculo decimo sexto detestatus, credo, reliquorum impudentiam nimis apertam, consideratius scripsit errore Caluinistarum sexagesimo quarto, homini non esse liberum arbitrium ad bene agendum, vitandumque peccatum: cui rei suus locus erit in controuersia proxima, sed hic notandum: auidacissimo homuncioni, non compertum, quod alijs videbatur compertissimum, negari funditus à Caluino liberum arbitrium.

IV. Cotonus, quid sibi hic velit, non facile est dicere, Institutionis lib. 2. c. 7. Caluinum scripsit sapius liberum arbitrium impugnasse, quam eius libertatem: quod ego sane quo sensu dictum sit, non capio. Sed addit eo peccasse, quod capit. 16. Institutionis Christianæ hominem ne in rebus quidem adiaphoris, quales sunt Politicæ, & Oeconomica, docuerit liberum remansisse. Quod esse putidum mendacium, videbit quicumque id caput videbit, in quo tractatur de Dei Prouidentia, vniuersum mundum gubernante, & quæcunque sunt in eo, cui prouidentia subijci liberum arbitrium, nemini pio dubium est. Verum hæc quæstio non est huius loci, & iam tractata tom. 2.

V. Enimvero, vt ne præiudicijs tantum agamus: geminus hominis status distinguendus: prior ante lapsum: posterior deinceps. In priori plenum integrumque Arbitrium diserte Caluinus constituitur. Institutionis lib. 1. seg. 8. *Ergo animam hominis Deus mente instruxit, qua bonum à malo, iustum ab iniusto discerneret: ac quid sequendum vel fugiendum sit, præuente rationis luce videret. Vnde partem hanc directricem, τὸ ἡγεμονικόν, dixerunt Philosophi. Huic adiunxit voluntatem, penes quam est electio. His præclaris dotibus excellenti prima hominis conditio: vt ratio, intelligentia, prudentia, iudicium, non modo cum terrenæ vitæ gubernationem suppetere: sed quibus transcenderent, usque ad Deum, & æternam felicitatem. Deinde, vt accederet electio, qua appetitus dirigeret, motusque omnes organicos temperaret: atque ita voluntas, rationis moderationi esset prorsus consentanea. In hac integritate libero arbitrio polebat homo, quo si vellent, adipisci posset vitam.* Idem de Libero arbitrio contra Pighium, in lib. 2. *Neque enim negamus liberi arbitrij conditionem fuisse hominem, qui & summa mentis intelligentia, & rectitudine mentis præditus fuerit.*

VI. Hæc igitur de priori statu. Restat posterior. Caluinus ergo contra Libertinos, capit. 14. *Notandum est nos à natura electionem, & voluntatem habere. De Libero arbitrio contra Pighij lib. 2. Si coactioni opponitur libertas, liberum arbitrium esse, & fatetur, & constanter assero: ac pro hæretico habeo, quisquis secus sentiat. Si hoc, inquam, sensu liberum vocetur, quia non cogatur, aut violenter trahatur externo motu: sed sponte agatur sua, nihil moror.* Institutionis lib. 2. c. 2. §. 5. *Obiimus in scholis distinctio, qua triplicem libertatem numerat: à necessitate primam: secundam à peccato: tertiam à miseria: quarum prima sic homini naturaliter inhæreat, vt nequeat ullo modo eripi: dua altera per peccatum sint amissa. Hanc distinctionem ego libenter recipio: nisi quod illic necessitas eum coactione perperam confunditur.* Et post. *Pronunciat tandem Lombardus non liberi arbitrij ideo nos esse, quod ad bonum & malum vel agendum, vel cogitandum per æque polleamus: sed duraxat, quod coactione soluti sumus. Quæ libertas non impeditur, etiam si prauis simus, & serui peccati, & nihil quam peccare possimus. Liberi ergo arbitrij hoc modo dicitur homo, non quia liberam habet boni æque ac mali electionem: sed quia male voluntate agit, non coactione. Optime id quidem.*

VII. Hæc Caluinus: atque alia multa in eandem sententiam: ex quibus sanior omnes & boni (nam insanos Sycophantas quis moretur?) facile vident, noluisse Caluinum in homine, ne quidem post peccatum penitus esse extinctum,

B 2 tinctum,



in nctum, id quod liberi arbitrij nomine in primo creationis statu, est significatum. Nec sane qui equam contra, vel ipsi illi Sycophantæ possunt objicere. epræter vnū, de ipso nomine Liberi arbitrij, quod Hayus notat ad marginem, & Bellarminus vtget cap. 6. lib. 1. primæ Controuersia suæ de Reparatione gratiæ: Quod & mihi libet sequenti capite discutere.

C A P. VIII.

De nomine Liberi Arbitrii in Homine.

I. **O**bjicit ergo Hayus illud Caluini Institutionis lib. 2. c. 2. §. 8. Quia sine ingenti periculo non posse retineri censet, scilicet hoc nomen Liberi arbitrij, magno contra Ecclesia bono futurum si aboletur: neq; ipse vsurpare vult, alios si me consulant, abstinere optarim.

II. Sed hæc verba primo nihil habent præcisum: quasi prorsus interdendum putaret hoc nomine. Sed tantum simplex vorum, quo indicat, quid sibi videretur consultius. Quis autem vitis doctis hanc libertatem eripuit? Excipio Sophistas, qui suis sic inuentis hærent, vt nisi & verba numeres, & syllabas ponderes: & vero etiam literas totidem exprimas, cœlum statim terræ misceri clamitent. Et tamen suum Honorium ijdem mordicus defendunt, prohibentem diserte, non enim tantum consulentem, aut optantem sed diserte prohibentem in Christo nominari vnā vel duas voluntates, ἀρῆς αὐτοῦ τοῦ ἐξουσιῶν ἐξουσιῶν?

III. Secundo, de ipso vocabulo nudo Caluinus agit. Quis autem nescit, varijs vocabulis eandem rem posse nominari? Imo, quis nescit vocabulorum vsum esse inter pios & doctos liberum: maxime eorum, quæ Spiritus Sanctus in Scripturis non vsurpauit? Sic olim Athanasius Dialogo secundo de Trinitate constantissime renuit dicere Patrem ἐξουσιῶν: etiam si diserte fateretur ἐξουσιῶν. Certe si Athanasius non damnandus, quo iure tandem Caluinus?

IV. Cæterum Caluino causa fuit, non tantum Scriptura, quæ id vocabuli nunquam vsurpauit: & Athanasio sola sufficiebat, vt ne diceret ἐξουσιῶν: sed etiam periculosa ambiguitas. Audi loquentem sectione prima. Liberi arbitrij hoc modo dicitur homo, non quia liberam habet boni atq; mali electionem: sed quia male voluntate agit nõ coactione. Optime id quidem, sed quorsum at tinet rem tantulam adeo superbo titulo insignire? Egregia vero libertas, si homo quidem non cogitur ad seruendum peccato: sic tamen est ἐξουσιῶν, vt vincat teneatur compedibus eius voluntas. Equidem λογισμῶν abominor, quibus frustra Ecclesia fatigatur: sed religiose censo cauendas eas voces, quæ absurdum aliquid sonant: præsertim vbi perniciose erratur. Quotus autem quisque est, qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non statim concipit illum esse & mentis suæ, & voluntatis dominum, qui flectere se in vtramuis partem à se ipso possit. Hæc ille. Sed & rursus illa ipsa sectione octaua: imo eodem contextu cum verbis ab Hayo obiectis. Si quis vocis huius vsum non praua intelligentia permittat, per me quidem non vexabitur ob eam rem. Et de Libero arbitrio contra Pighij lib. 2. Ego vero quantum ad vocem pertinet, adhuc profiteor, quod in mea Institutione testatus sum, non adeo me superstitiosum esse in verbis, vt eius causa velim contentionem aliquam mouere, modo intelligentia sana maneat. Si coactioni opponitur libertas, liberum arbitrium esse, & fatetur, & constanter assuero. Et paucis interiectis, quæ superiori capite sunt descripta. Sed quum aliud prorsus vulgo concipiunt, dum hoc epiteton hominis voluntati attributum vel audiunt vel legunt, hæc causa est, cur mihi displiceat. Siquidem ad facultatem viresq; referunt: nec impedire possis, quin simul ac libera fuerit, voluntas dicta, hæc pluribus imaginatio protinus in mentem veniat, habere igitur sub potestate sua bonum & malum, vt aliterum eligere suapte virtute queat. Non igitur vnus vocula causa frustra litigo: sed causam mihi iustam habere video, cur voculam optem sublatam à medio, ad quam maior prope pars tanto periculo impingit. Rursus contra librum tertium. Semper testatus sum me de nomine pugnare nolle, si hoc semel constitueretur, libertatem non ad potentiam vel facultatem boni &que ac mali eligendi, sed ad spontaneum motum & consensum, referri debere. In Antidoto Sessionis 6. ad Canonem 5. De verbo ne moueamus rixam. Sed quia liberum arbitrium intelligunt eligendi facultatem quæ sit in vtramq; partem libera & soluta, titulum sine re esse, qui affirmant, Christum habent autorem.

V. En tibi Caluini m, non sycophantice mutilatum, sed integrum. Vide Hayi, & similibus temeritatem. Caluinus, inquit, reiecit liberum arbitrium. Itaq; accedit ad Simonem magum, ad Manichæum. Quid ergo, inquam? Illi. ne ob nudam voculam, siue ob vocula solam ambiguitatem tragœdias suas excitant? An propter ipsam rem potius eo vocabulo, à Catholicis significatam? Certe hoc potius. Nam Simon omnia tribuebat fato: adeoq; omnino suffocabat. Manes, ipsi hominis conditioni, qua homo est, & bonum, & malum assignabat. Ergo nostri Sycophantæ volunt à suis lectoribus intelligi, vt illud ipsum, quod significatur funditus concipiant à Caluino tolli. Et huc illud Prateoli paulo ante citatum. Inter alias blasphemias Caluinus hominem cum Manichæis facit brutum, quia non liberi arbitrij. At hoc est impudentissimum.

VI. Secundo, ne ipsam quidem illam voculam simul & semel abolet, vt fortuna, vt fati: tantum admonet posse & in bonam partem vsurpari, vt significetur voluntas hominis neq; ad bonum cogi posse, neq; ad malum, & si de hoc sensu caueatur idonee, tum libere posse nominari Liberum arbitrium. Possit tamen etiam, imo solere potius in malam, vt homo æque bonum & malum habeat in sua potestate: quomodo negat sibi hanc vocem probari. Hæc autem distinctionis membra cur dissimularunt Sycophantæ? Cur simul & semel dixerunt tolli liberum arbitrium? Cur hoc obiecto specto lectores territarunt?

VII. Porro non esse de nihilo sancti viri timorem res ipsa ostendit. Nam primo quicumq; Scholasticos legit, facile animaduertit, nihil esse in tota Papistica Theologia, adeo intricatum, & inuolutum, quam est locus de Libero arbitrio: vt ne infinitæ quidem distinctiones sufficiant. Secundo, vnde illorum sententiæ, qui prædestinationem funditus tollunt, nisi quia non possunt eam conciliare cum Libero arbitrio? Vnde autem hæc difficultas, nisi quia libertas ita cogitur, vt nulla ratione aliunde dependeat? Vnde illud Cæsteri, *Homini liberum arbitrium auxilio DEI necdum inha-*

*bitantis, sed mouentis & adiuantis, se preparat ad iustificationem: non solum patienti, sed etiam operando & agendo.* Quid iste? & pene dedignatus sum nominare, indignum: sed ne tamen calumniari videar, esto is Olenix de Monte sacro, in opere de Homine, eiusq; dignitatibus. Hic ergo liberum arbitrium asserit esse propriam facultatem, puram, integram, perfectam in homine agendi, operandi, faciendi pro libito: sequendi suam voluntatem, perficiendi quæ iustendat, & pro desiderio perficiendi bonum & malum. Solam hanc scalam esse, qua ascendat in cœlum: solam dexteram, à qua eo deducatur, solâ Pharon, quæ eum dirigat, solam deniq; clauem, quæ portam aperiat. Quid vltra? Si Adam vsus est libero arbitrio: asserimus nos adhuc longe liberius eo vti: sed Tapperum nullo modo omissum oportet. Is de articulo Louanienfi 7. ad istud Caluini, paulo ante citatum, *Quotusquisq; est, qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non statim concipiat illum mentis suæ, & voluntatis dominum, qui flectere se in vtramuis partem à se ipso possit?* Quæ causa illi iusta videbatur abolendi vocabuli, respondet, ob hoc ipsum, vt quisq; id concipiat, ac firmiter credat, oportere esse frequentem eius nominis vsum. Prolixus sim, si omnia colligam, certe præstiterit nunquam nominatum, quam sic intellectum. Itaq; Caluino iustus ambiguitatis noxiæ timor fuit.

VIII. Et Bellarmini tamen censura grauis est: non posse ab insigni temeritate defendi modum loquendi eorum, qui nomen liberi arbitrij, in Serui arbitrij mutauerunt. Primo, quia seruo nos Apostolus admonet fugiendas vocum nouitates, prioris ad Timor. 6. Est autem serui arbitrij nomen nunquam auditum in Ecclesia Catholica. Secundo, omnes scriptores Ecclesiastici liberum arbitrium docuerunt, teste ipso Caluino. Tertio: id nomen vel bonum est, & vtile, ideoq; retinendum. Vel malum & noxium: ac tum Ecclesia nimis infirma fuit, quæ neq; prohibere potuerit, quominus inuheretur: neq; inuictum explodere.

IX. Verum hæc temeritatis faba in capite potius cudetur temerarij Sophistæ. Nam primo, Serui arbitrij, apud nos, nomen nullum est ordinariū sublatum priori. Mutatio autem nominis intelligitur, cum sublato priori, nouum sufficitur: vt Sarai mutatur in Saram: & Abram in Abraham: & Saulus in Paulum. At qui, nos iam pridem paulo molliores Luthero & Caluino, nullo alio vtimur, quam vsitato liberi arbitrij: nimirum, quod ambiguitatis illius periculum tollant frequentes nostræ tum Catecheses, tum disputationes. Scio Lutheri ex stare librum de Seruo arbitrio: sed is est potius libri titulus, indicans disputari in eo, illud Liberum arbitrium vere esse peccati seruum: quam vlla noui nominis impositio. Quanquam potuit aliquando Lutherus esse vehementior: quod & Caluinus videtur innuere de Libero arbitrio ad 1. Pighij librum. Hoc quoq; verum est, nonnulla quæ scholastico dicendi genere, & minus populari stylo scripsit Lutherus, Philippum Melancthonem prudenter, & magna dextertate in mitiorem formam flectendo, ad vulgarem hominum captum accommodasse, & communem viti vsum.

X. Cæterum in primo Argumento Bellarmini, concedimus fugiendas vocum nouitates: sed prophanas: sic enim designauit Paulus; βεβήλοις ναυνοφύριαις, nisi potius scriptum fuerit κειροφύριαις, vt habent exemplaria pleraq; At in Seruo arbitrio, negamus esse, aut vocis nouitatem, aut etiam prophanam nouitatem. Esse enim liberum arbitrium seruum, iam pridem auditum, imo ab initio traditum. Ad Rom. 7. Ego carnalis sum venundatus sub peccato. Ioan. 8. Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Augustinus Enchiridij 30. Libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, utiq; viuendo se occidit: sed se occidendo non viuunt: nec seipsum poterit (sic mea membrana) resuscitare quum occiderit: ita quum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amissum est liberū arbitrium: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. Petri enim Apostoli est ista sententia. Quæ cū vera sit, qualis, quæso, potest serui additi esse libertas, nisi quando eum peccare delectat. Liberaliter n. seruit, qui sui domini voluntatem libenter facit. As per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Neq; hoc semel & temere Augustino excidit: sed is potius in eam partem plurimus est. Basilius Seleuciensis, hom. 2. de Adamo, hominem post peccatum vocat αἰχμαλωτῶν ἀρματός οἰκεία, captiuum proprii curus: & post, αἰχμαλωτῶν τῆς ῥαθυμίας τῆς δεωστικῆς, γίνεται δουλοπαιδίον. proditio per socordiam dominio, fit seruus affectuum.

XI. Fatetur quidem Caluinus in Ecclesia Catholica semper auditum liberi arbitrij nomen Latinis, vt Græcis ἰσχυρισμῶν. Et maneat sane vtrūq; dum ne veritatis obstruat luminibus, hoc est, ne arbitrium ἀνάγκης liberum dicatur, quasi suorum motuum absolute sit dominus. sed ἰσχυρισμῶν, hoc est, à coactione, & quatenus, vt verbis vtar Augustini, liberaliter seruit.

XII. In tertio, luditur à non sufficienti enumeratione. Potest enim hoc nominis, neq; bonum esse, neq; malum, sed ἀδιάφορον: itaq; non tam à seipso censendum, quam à definitione. Nam quod negat ambiguum, pro auctoritate agit, nõ pro ratione, quasi qui Solæ meridie neget. Alias quorsum Despinus, quorsum Cumel, quorsum Sures, tā sollicitè distinguunt varia libertatis significata? Deniq; certo certius est sumi posse pro libertate à coactione, cuiusmodi est illa à Fato, siue stellis, siue genesi, vel pro libertate ab omni genere necessitatis. Illud verum, & assertum à Catholicis. Hoc vero falsum, & contra Pelagianos, qui suis ipsum viribus tantum posse ad bonum, quantum ad malum, à Catholicis damnatum. Quod autem Bellarminus negat intelligi posse libertatem nisi à necessitate, antea discussum est.

XIII. Verumenimvero, quantum consultius fuisset non discedere à forma sanorum sermonum, vtiq; modesto illo ἰσχυρισμῶν vocabulo, quod in Sæctis legimus vsurpatum Scripturis, ad Hebræos 10. Petri 5. & alias, quam à Philosophis mutuari peregrinum, Liberum Arbitrium, aut illud insolentius ἀπὸ ἐξουσιῶν? A Philosophis, inquam, quibus non minus incognita fuit corruptionis humanæ natura, incognitum originis peccatum, incognitus ab ea corruptione, eoq; peccato regressus in gratiam, quam sunt cæcis incogniti colores. Nam hinc factum, vt vna cum vocabulis, tota pene eorūdem philosophia migrauerit in Ecclesiam, quomodo ingens aquarum moles, vno aperto exitu, vel exiguo, totos campos inundat.

XIV. Sed à quibus ergo, exclamat extaticus Bellarminus, si non à Philosophis? An à sutoribus? an à cæmentarijs? Minime, minime, inquam, nugator. A piscatoribus deducit: à Scenopæo, à Fabri Filio. Sed, inquit, à Poetis alia: Arcturum, Orionem, Pleiadas. Qui mirum, si hoc à Philo-

sophis

sophis? At illud merum mendacium. Nam Arcturus, Orion, Pleiades, non sunt Spiritus Sancti voces: sed interpretum. Et hi mutuati a Poetis. Suas voces nullis Poetis Spiritus debet. Nam quomodo? quum Iobi liber scriptus sit antevllum poetarum nomen: Hier. lib. 6. Esa. Nec p̄sare debemus apud Hebræos has stellas ita appellari nominibus, quæ Græcis sermo resonat & Latinus: sed propria habere vocabula. Quid ergo? Nempe tam a Philosophis istud Ecclesia sumere debuit, quam illa a Poetis Spiritus sumpsit.

XV. Atqui, inquit, quamuis in diuinis literis non sint hæc duæ voces simuliunctæ quoad sonum, vt fiat liberum arbitrium: tamen inuenitur altera, cum alterius periphrafi. Numer. 30. In arbitrio viri erit, vt faciat, vel non faciat. Qui enim id est, nisi in arbitrio libero ad vtrumlibet? Sic & τὸ αὐτονομοῦ inuenitur pars vna, cum alterius periphrafi 1 ad Corinth. 7. ἡ ἐξουσία ἡ ἐξουσία τῶ ἰδίου θελήματος id est, potestatem habens propria voluntatis. Quid enim est potestas propria voluntatis, nisi αὐτονομία.

XVI. Vt sunt acuti Sycophantæ: Verum, vt sunt frustra acuti Sycophantæ? Non inueniuntur hæc vocula coniunctæ. Næ, inquam, magnum quid fuerit, si distinctæ. Nam quid non isto artificio inuenias in Scriptura? Aut quis ignorat Cabalistarum audaciam? At frustra illud est. Nam & τὸ αὐτονομία & Liberum arbitrium improbantur propter ambiguitatem. Eius autem alteram partem, quæ significat libertatem a coactione, concedimus in Scripturis occurrere. Itaque si idonee caueatur, non habebit nos iratos. Ast altera, quæ significat libertatem ab omni necessitate, tam est in Scripturis, quam in syluis Delphines. Imo est potius contra Scripturas. Itaque, quum vix satisfacere possit; ne hæc pars præualeat; consultius censemus, si numquam ea vocabula fuisse vsurpata.

XVII. Cæterum tanto infelicius est in disputando Bellarminus: quanto certius locos illos ad Arbitrium liberum non pertinere. Nam primus non ita est in Hebræo: sed sic potius, Vir eius confirmabit illud, & vir eius immutabit illud, nemp̄ uxor. Viden' arbitrij nullam vocem esse? quod tamen Bellarminus pro certo habuit, eoq; argumento pugnavit. Næ quid ad me, si vltus est interpretes? non est enim is Spiritus Sanctus. Deinde, si de arbitrio libero simpliciter agitur ab omni necessitate: tum nullum mulieri relinquatur. Illa enim describitur pendere a viro. Atqui, aut nullum est omnino in homine liberum arbitrium: aut esse debet in muliere: quippe rationali creatura. Ergo hinc potius ostendam liberum arbitrium non esse semper liberum a necessitate, saltem directionis.

XVIII. Perinde alter locus incommodus. Totum recole; quem Bellarminus truncatum. Qui vero stas firmus in corde, nec adigitur necessitate: sed in potestate habet propriam voluntatem, & hoc decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem, bene facit. Attende artes Bellarmini. Sic n. recitavit, Potestate habens propria voluntatis: quasi constanter asseratur. At scripsit Paulus, Qui non adigitur necessitate: sed in potestate habet propriam voluntatem. Significans nõ semper ita esse: & posse aliquem aliquando ita adigi necessitate, vt non habeat in potestate propriam voluntatem. Quid hoc ad liberum arbitrium? Nam certe, aut omnes habent liberum arbitrium, aut nullus: aut temper liberum, aut nunquam. Itaq; non fuit ita loquendum ambigue in vtramq; partem. Sed nimirum; Paulus nominavit voluntatem, non internum motum arbitrij, sed externum voluntatis obiectum, vt sæpe alias: & τὸ αὐτονομία in facultatem, quam quisq; habet suæ voluntatis mouendæ in contraria sed amotionem potius impedimentorum externorum, quæ voluntatis executionem impediunt. Alioquin, quænam ratio esset verborum Pauli? Nam qui statuit in corde suo firmus, is est iam qui sua voluntate fertur in aliquod: siue, vt scholæ loquuntur, qui iam determinavit suam voluntatem: Quorum igitur potesta, non habet necessitatem, sed potestatem suæ voluntatis: Nam si hæc libertatem arbitrij significant: quid opus iis fuit, quum illud statutum, de quo iam actum, absq; eo esse nequeat? Itaq; Theodoretus interpretatur, pro eo quod est: qui est sui iuris, nec est in domini potestate. At Ambrosius, Primasius, Thomas, Lyranus, Glossa interlinearis, Caietanus, Salmero, de voluntate ipsius Virginis: id est, si pater ita statuat, & virgo ipsa consentiat Breuiter sensus est: si nihil aliud obstat, quominus factio impleat, quod in optatis habet.

XIX. Veruntamen, nihil mirum, inquit, si has voces magis frequentarunt Patres, quam Spiritus Sanctus in Scripturis: quoniam hæreses oppugnantes liberum arbitrium, post Scripturas exorta sunt, coegeruntque eas vsurpari, vt alias Trinitatis, τὸ θεῶν ὅμοιωσις, τὸς θεοῦ ὅμοιος.

XX. Imo, nihil fuit necesse. Nam etsi nonnullum in Liberi arbitrij nomine, aut in αὐτονομία vocabulo, momentum ad confutandas hæreses quasdam, puta Manichæorum, aut etiam Stoicorum: tamen, incommoda ambiguitas, Pelagianis magno fuit adiumento: quos æque cum illis profligatos oportuit: Itaq; non idem de istis iudicium, & de Trinitate, Confubstantiali, & de Paræ: quæ non nisi ab hæreticis oppugnata fuerit, & Catholico tantum sensu vsurpata.

XXI. Veruntamen, vt alias dixi: retineatur sane, non tantum liberum Arbitrium Latinorum: sed & τὸ αὐτονομία Græcorum, ne in utili λογισμῶν tempus inutiliter teramus: & concedatur illud canis Veterum doctorum, vt potuerint vocabula trita vsurpare: nec tantum ipsi sibi vsurpare, sed & posteris tradere: dum ne Papistæ nobis in defaciant insidias: & Catholici, si mutentur vocabula ab vsu communi: at certe rei veritatem tantum a Scripturis hauriant. Hæc saluo: salua pax esto.

C A P. IX.

Distributio controuersiarum de Viribus Arbitrij liberi humani.

I. E Scigitur hominem Arbitrij liberi hætenus vtrinque consensus esto. Sequitur Controuersia de eius Arbitrij viribus: nimirum vtrum suis moueatur ad aliquod, an aliunde potius sumptis. Notandum autem agi de homine corrupto: id est, tali, qualis factus per peccatum.

II. Hac de re Catholicorum sententiam habes Confessionis Gallicanæ art. 9. Credimus hominem creatum purum & integrum: & imagini Dei conformem, sua ipsius culpa excidisse a gratia, quam acceperat: ne proinde seipsum a Deo omnis iustitie, & bonorum omnium fonte, abalienasse: adeo vt ipsius natura sit

Tom. III.

profus corrupta: & Spiritu excacatus, ac corde deprauatus, omnem illam integritatem, sine vlla prorsus exceptione, amiserit. Et si enim nullam habet boni & mali discretionem: affirmamus tamen, quicquid habet lucis, mox fieri tenebras; quum de quaerendo Deo agitur: adeo vt sua intelligentia, & ratione nullo modo possit ad eum accedere. Item quamuis voluntate sit præditus, quæ ad hoc vel illud mouetur: tamen, quum ea sit penitus sub peccato captiua, nullam prorsus habet ad bonum appetendum libertatem, nisi quam ex gratia & Dei dono acciperit.

III. Aduerte distingui. Primo iudicium in discretionem boni, & mali; & voluntatem: quibus quasi partibus duabus constare Liberum arbitrium; certum est. Deinde obiecta, iudicij, in ea quæ ad quaerendum Deum pertinent, & simplicem discretionem boni & mali, Voluntatis motus simpliciter, & motus ad bonum.

IV. Nota deinde vires Iudicij non esse nullas, quum de simplici discretionem boni agitur & mali; sed nullas quum de quaerendo Deo. Voluntati autem suos relinquit motus ad hoc vel illud, id est, ad actiones simpliciter, quatenus actiones: sed denegari ad bonum. Quas vero vires a se non habet sine Iudicium, siue voluntas; id est liberum arbitrium, eas sumere a gratia Dei.

V. Sed aduertendum, bonum & malum varie sumi: scilicet, Naturaliter, & Theologicè Naturaliter bonum, significat quicquid homini, quatenus hanc vitam viuunt, conuenit: malum, contra. Et quidem, quatenus commodis sensualibus vtile, aut noxiū: quatenus vero rectæ rationi, iustum aut iniustum. Theologicè autem, quatenus ad Dei voluntatem præscriptam in lege, atque adeo animæ sanctitatem quam Deus intuetur super omnia, refertur. Vt Theologicum bonum sit, quicquid facit ad hominis cum Creatore suo conciliationem: malum, contra. Et ita Driedo de Gratia & Libero arbitrio lib. 1. c. 2. p. 2. Per opus bonum intelligimus, quod bonum ac iustum est secundum eam bonitatem ac iustitiam, quæ vel ordinatur ad assequutionem remissionis peccatorum, vel Deo placet ad assequutionem vitæ æternæ. Papistæ malum appellare bonum morale: & esto sane: ne nos morosa detineat λογισμῶν dum intelligamus quicquid hoc boni est, metiendum esse, non ex dictatis humanæ rationis: sed ex Legis diuinæ natura: quia causa mihi quidem magis placet bonum Theologicum: quamquam appellatur etiam promiscue bonum morale.

VI. Quum igitur duplex omnino sit bonum, naturale, & Theologicum, quaestio est, quid in iis liberum possit arbitrium. Constat voluntatis proprium obiectum esse bonum, vt appetat: ideoque malum horreat. Itaque certum, voluntatem nihil vnquam appetere, nisi sub ratione boni; hoc est, quatenus id quicquid est, speciem aliquam boni habere potest. Quod si re ipsa malum sit, tum omnino voluntatem velle quidem malum: sed deceptam specie boni. At discretio boni & mali, non voluntatis est: sed iudicij. Ideoque ad iudicio voluntatem decipi necesse est; cui id quod reuera malum est, offertur tanquam bonum. Veruntamen, quum Liberum arbitrium nõ sit voluntas tantum, aut tantum iudicium: sed voluntas cum iudicio: ergo quum id appetitur, quod re ipsa malum est, Liberum arbitrium dicitur ferri in malum: quia non solum iudicium peccat in discernendo: sed etiam ipsum peccans voluntas sponte sequitur. Neque hic vlla controuersia est.

VII. Quaerendum ergo, quid in bono naturali possit Liberum arbitrium; & rursus quid in bono Theologico.

C A P. X.

De viribus Arbitrij in rebus civilibus.

I. P Rimo, quid in rebus naturalibus possit arbitrium liberum in genere: deinde specialiter quid in Dei cognitione naturali. De primo quid Catholici sentiant facile fuit colligere, ex confessione Gallicana; vbi in alijs rebus; quam quæ pertinent ad quaerendum Deum; conceditur discernendi quædam facultas, conceditur item voluntati motus ad hoc vel illud, Itaque & liberum arbitrium.

II. Sed Bellarminus tamen calumniari non desinit capite quinto libri quarti de Gratia & Libero arbitrio. Quum enim triplicem enumeret sententiam; eorum qui & esse in civilibus hominem liberi arbitrij, & id esse manifestum sentiant: eorum qui esse quidem, sed non posse naturali ratione euincere: eorum deniq; qui negent hominẽ esse liberi arbitrij vlla in re; tunc vero primam suis Catholicis tribuit fere omnibus, secundam quibusdam tantum; tertiam cum alijs, tum Caluino, & contra prolixè disputat. Citat autem ex Caluino Institutionis librum 1. c. 16. sect. 8. & libr. 2. c. 4. sect. 6.

III. Sed Caluini sententiam paulo ante nos recitauimus, & ostendimus homini suum relinquit arbitrium; tantum explicari, vt contractius si quam plerique Papistarum volunt, atque adeo non tantum vt à Manichæis recedat; sed etiam ne ad Pelagianos deficiat; quos ille sibi scopulos diligentissime vitandos semper proposuit, quæ religio, vtina n Papistas inuasisset.

IV. Quin etiam locis à Bellarmino citatis, nihil est contra libertatem arbitrij. En tibi priorem. Non enim cum Stoicis necessitatem committit; cum ex perpetuo causarum nexu, & implicita quadam serie, quæ in natura continetur: sed Deum constitutum arbitrium ac moderatorem omnium; qui pro sua sapientia ab vltima æternitate decreuit, quod facturus esset: & nunc sua potentia quod decreuit exsequitur. Vnde eius providentia; non coelum modo ac terram, & creaturas inanimatas; sed hominum etiam consilia, & voluntates gubernari sic asserimus, vt ad designatum ab ea scopum, recta ferantur. Eñ tibi nunc alteram. Hæc se protendit diuina providentia; vis, non modo vt rerum eventus, & cedant; quemadmodum ex edire prospexerit: sed vt voluntates quæ hominibus eodem tendunt. Equidem si sensu nostro reputamus, rerum externarum administrationem, nihil dubitabimus, eantem sub humano arbitrio sitas esse: verum si aures tot testimonij præbemus, quæ Dominum in his quoq; regere hominum animos clamant, arbitrium ipsum speciali Dei motioni subijcere nos cogent.

V. Quaestio te, Bellarmine, quis hic apex est, qui accedat ad illa tua, docet non habere hominem in statu natura corruptæ, liberum arbitrium vlla in re, ac ne in indifferentibus quidem & civilibus. Nam hæc tua leuerissima comminatio fuit. Imo contra, docet Caluinus, arbitrium subijci Dei motioni.

B 3 Ergo

Ergo, inquam, concedit arbitrium esse. Nam alioquin, si nullum esset, quomodo subiceretur? Nisi forte, tam subtilis Bellarminus est, ut cogitet eum, qui arbitrium ponit, tollere tamen liberum. Quasi aliquod arbitrium esset non liberum. Quanquam, quid opus est multis? Nam arbitrium, Caluino esse liberum arbitrium, constat ex ea parte, qua ex administratione rerum externarum colligi dicit eas sub humano arbitrio sitas esse. Nam & hic arbitrium tantum nominauit.

VI. Ceterum sententia Caluini est, ipsum liberum arbitrium subijci diuinæ providentiæ motionibus. Quo quid potest esse verius? Aut qui potest à Bellarmino impugnari? qui capite vndecimo tenet, non solum libertatem arbitrij non excludere cooperationem & auxilium Dei: sed etiam, voluntatem posse à Deo inclinari ad aliquid appetendum vel fugiendum & efficienter immediate, & efficienter mediate, & obiectiue: & denique cap. 16. cooperationem diuinā ita concurrere cū secundis causis etiā liberis, ut non solum eis dederit, & conseruet virtutes operatrices, sed etiam moueat, & applicet ad opus. Nam certe, qui ita persuasus est, facile videt non statim interimi libertatem arbitrij, ab eo qui eam subijciat prouidentie diuinæ.

VII. Et sane, si liberum arbitrium est in voluntatis motibus: & voluntas mouetur à Deo, omnino necesse est liberum arbitrium moueri à Deo. Moueri autem à Deo voluntatem humanam, probat facile Caluinus è Scripturis: Nam, etsi Israelitis Ægyptij sua dederint libentes, tamen id à Deo fuit. Exod. 12. Dominus dedit gratiam populo coram Ægyptiis, ut commoherent eis. Eadem ratione Iacob precatur filijs suis Iosephum placabilem, Gen. 43. Et Psalm. 106. agnoscit Propheta. Israelitas dotos fuisse in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos. Vndecimo 1. Samuelis, insulit Spiritus Domini in Saul, & iratus est furor eius nimis. Decimo septimo posterioris proponitur Absolom consultans de rebus suis, & auditis varijs sententijs inclinans in partes Chusai; nimirum Domini nutu dissipato Architophelis consilio. Quos locos Caluinus notat, & alios nonnullos: quos plurimos libri sacri suppeditant.

VIII. Hos locos sic Bellarminus explicat, ut aperte præuaticetur. Respondet enim, Deum inclinasse corda Ægyptiorum, vel quia fecit, ut occurreret menti eorum aliqua ratio, quæ illis persuaderet bonum esse commodare vasa illa: vel quia infuderit Ægyptijs benevolentiam: quod etiam agnoscit in Iosepho. Sauli autem donatum fuisse spiritum zeli, & fortitudinis; per quem inclinaretur, & incitaretur ad prælium. At hæc aut nihil significant, aut docent idipsum, quod Caluinus contendit, Deum voluntates sic gubernare, ut ad destinatum scopum recta ferantur. Nam quid est benevolentiam infundere Ægyptijs, & Iosepho aut zelum Sauli: Aut, quis negat & benevolentiam & zelum, esse in voluntate? Ergo hæc exempla abunde euincunt; ita liberam esse hominis voluntatem: ut tamen à Deo deflectatur in scopum destinatum. Quod magnifice Paulus expressit in Tit. 2. ad Corinth. 8. Gratia Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titii: quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Vbi vides motum Titii voluntarium, adducit dicit Paulus; quo vocabulo vix habet quicquam potentius nō ad voluntatem. Et tamen hic motus voluntatis à Deo accersitur, tanquam prima causa. Quis igitur dubitet agere Deum efficaciter in motibus voluntatis humana? Id Caluino satis. Itaq; Bellarminus egregie calumniatus est viro sancto.

CAP. XI:

De naturali Dei cognitione, corrupta, argumenta Catholicorum.

I. Sequitur alterum caput de Cognitione veri Dei, scilicet, vtrum Deum esse, & esse vnum, cognosci possit lumine rationis. Questionis causam Bellarminus assignat, quia Caluinus dicat Ethnicos solo lumine naturali cognouisse tantum generatim Deum esse aliquem: non tamen in veri Dei notitiam, qui vnus & solus est, deuenisse. Et contra omnes Theologos, præsertim Thomam, errorem appellare sententiam eorum, qui docent, non posse naturali ratione demonstrari Deum esse.

II. Verum Bellarminus suo more nihil agit sincere, ut decet bonum virum. Nam primo, quid disputat? Enimvero cuiuslibet controuersie partes esse oportet contradictorie oppositas, nunquam simul veras. Hic autem nullas ponit Bellarminus contradictorie oppositas partes, atque ideo nullam controuersiam. Caluinus negat, inquit, Ethnicos deuenisse in notitiam Dei veri, qui vnus est & solus. In critione est sententia asserentium, non posse naturali ratione demonstrari Deum esse. Hic ego me Dauid esse fateor: & opus habere aliquo Oedipo, qui contradictionem ostendat. Hactenus enim nemo docuit, non posse simul verum esse, & naturalitatem posse demonstrari Deum esse: & tamen Ethnicos in eius Dei cognitionem non deuenisse. Quia potentia non infert actum necessario.

III. Deinde contradictio est de eodem, & secundum idem. At demonstrare Deum esse: & in cognitionem veri Dei deuenire: inter se differunt. Nam cognitio veri Dei longe patet latius, quam simpliciter scire Deum esse, & quamuis hoc sit totius cognitionis fundamentum: tamen alia deinde sunt necessaria: nimirum ea quæ Deum docent, qualis sit. Itaq; in partibus à Bellarmino positis nulla contradictio est, nulla igitur controuersia, & apparet frigide vel leuissimam occasionem captasse male dicendi tanto viro.

IV. Rursus; Caluini mentem peruertit: qui non de qualibet veri Dei cognitione loquitur, sed de vera: quia non modo concipimus aliquem esse Deum, sed etiam tenemus quod de eo scire nostram refert, quod vrile est in eius gloriam: quod deniq; expedit: hæc enim verba sunt sectio. 1. c. 2. lib. 2. Institutionis. Hanc cognitionem distinguit postea, in simplicem adquam nos deducet genuinus natura: ordo, si integer steterisset Adamus, & alteram, qua homines in sese perditū & maledictū redemptorem in Christo mediatore apprehendunt. Istam pro certo habet, & apud omnes concessio haberi non posse vilius naturæ viribus: neq; opinor, ipse Bellarminus contradictrus est.

V. At illam ita describit, ut tenere non sufficiat, esse vnum, quæ ab omnibus oporteat coli, & adorari: nisi etiam persuasus simus fontem omnium bonorum esse: ne quid alibi, quam in ipso queramus. Atq; hoc ipsum ita se accipere declarat: non solum, quod in mundū hunc, ut semel condidit, sic immensa potentia sustineat, sapientia moderetur, bonitate conseruet, humanum præsertim genus iustitia iudicioq; regat, misericordia toleret, præsidio tueatur: sed, quia nusquam, vel sapientiæ ac lucis, vel iustitiæ, vel potentie vel rectitudinis, vel sinceræ veritatis gutta reperitur, quæ non ab ipso fluat, & cuius ipse non sit causa: hæc omnia ab ipso expectemus; & petamus, eiq; cum gratiarum actione accepta referamus.

VI. Porro capite tertio, quendam inesse humanæ menti, & quidem naturali instinctu, diuinitatis sensum, extra controuersiam ponit, & ne quis ad ignorantie prætextum confugeret, quendam sui numinis intelligentiā vniuersis Deum ipsum indidisse. Verum cap. 4. eam notitiam, partim insipientia, partim malitia, vel suffocari, vel corrupti: Quinto, Dei notitiam in mundi fabrica, & continua eius gubernatione elucere. Sexto, ut ad Deum creatorem quis pertineat, opus esse Scriptura duce & magistra.

VII. Hæc Caluinus. In his, quid, quæso, Bellarminus criminatur? Non arbitror, primum articulum; qui asserit humanæ menti insitam esse, quendam Dei notitiam: non tertium, qui hanc notitiam in mundi fabrica elucere. Nam hæc concedit. Ergo duos reliquos: nimirum hanc notitiam esse corruptam: nec restitui posse, nisi ope Scripturarum. Condonemus ergo Iesuitæ, quicquid vitij esse potest in ijs verbis, quibus ille maluit, statum controuersie describere: & de re disputemus. Asserat ergo Caluinus cognitionem Dei naturalem esse vitiatam, & corruptam: neget Bellarminus.

VIII. Caluinus habet argumenta ex Scriptura Psalm. 76. Notus in Iudæa Deus. Sensus est, non esse Deum cognitum, nisi in Ecclesia. Et sic interpretantur Veteres. Rufinus. Fuit aliquando, ut gens ista sola, scilicet Iudæa, verum Deum agnosceret, atq; adoraret: & ceteræ gentes idola colerent, & Deum cæli penitus ignorarent, Augustinus: Vere non est notus Deus nisi in Iudæa. Ecce & nos hoc dicimus: quia nisi quisque fuerit in Iudæa, notus ei Deus esse non potest. Hieronymus, si tamen is Hieronymus. Antequam illuminaretur mundum: & antequam videretur Dominus in terra, notus erat in Iudæa Deus: in Iudæa autem magnum nomen eius. Quando autem venit Saluator, in omnem terram exiit sonus eius, & in fines orbis terra verba eius.

IX. Hanc ob causam dicuntur gentes non nouisse Deum. Psalm. 79. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, Et repetitur Hieremia 10. Certe gentes nominantur, quicunq; suæ naturæ erant relictæ: ut de rebus diuinis nihil audirent ex releuatione diuinā. Si ergo omnes gentes ignorarunt Deum, quid aliud restat, nisi viribus humanæ naturæ, non bene cognosci Deum?

X. Sed & Paulus ad Ephesios 2. gentes vocat & hæc. Eratis, inquit, sine Deo in hoc mundo: id est, interprete Theodoro: priusquam crederetis, eratis Dei cognitione destituti. Salmone. Relicti erant in pura naturæ conditione habentes tantum liberum creaturarum ad cognoscendum Deum, si quomodo eorum attrahere, & inuenire possent. Et sane idem Apostolus 4. ad Galatas, Galatarum conditionem exprimens, quum erant Gentiles, quam ad Ephesios significauit & hæc nomine; Tunc, inquit, ignorantes Deum, iis, qui naturam non sunt dii, seruebatis. Erant ergo omnes gentes & hæc, siue ignorantes Deum. Quid certius? quam fuisse igitur cognitionem Dei in hominis naturali conditione vitiatam, corruptam: & adeo quidem vitiatam, corruptam, ut non cognitio, sed ignorantia dici debeat?

XI. Adde, eos qui Deum bene cognouerunt; eundem & amare, & colere. At eorum qui in puris naturalibus relictæ sunt, neminem vnquam bene amasse, coluisse Deum. Ergo neminem in puris naturalibus bene cognouisse Deum. Probatur maior: quia in Scripturis, ij quorum mala vita arguitur, negantur nosse Deum: etiamsi alias profiteantur. Osee quarto. Ego scio, Ephraim, & Israel non est abscondit us à me: quia nunc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel: non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Eiaia 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Hier. 4. Stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt & records: sapientes sunt ut faciant mala bene autem facere nescierunt. Paulus 1. ad Titum, Deum profiterentur scire: facti autem negant. Et Seuerus Psalmo 14. Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.

XII. Probatur itidem minor. Psalmo 14. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videret, si est intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Quem locum Paulus vrget 3. ad Romanos, ut doceat neminem iustificari ex operibus: sed ex fide. Sed idem Paulus disterte de Ethnicis 1. ad Romanos. Quum Deum cognouerint, ut Deum non glorificauerunt, neq; gratias egerunt, sed vani facti sunt in rationationibus suis & obtenebratum est desipiens cor eorum: Quum se profiterentur esse sapientes, stulti facti sunt. Et multa deinceps in eam rem. Ad Ephesios 2. Quum essetis mortui in offensis & peccatis, in quibus olim versati estis, & in vanitate & vobis, secundum seculum mundi huius (Beza reddidit, ut est vita mundi huius) secundum principem cui potestas est aeris, & spiritus nunc agentis in hominibus contumacibus, inter quos & nos omnes conuersati sumus olim, in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni ac cogitationibus libebant.

XIII. Hæc & similia argumenta sunt Catholicorum, quibus conficitur quod ante dixi, cognitionem Dei quæ habetur naturæ viribus, esse adeo corruptam & vitiatam, atq; adeo suffocaram, quod Caluinus contendebat ut cognitionis nomen non mereatur. Hæc argumenta Bellarminus, omnino dissimulans, duo tantum profert: Vnum ex Ioannis 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Alterum ex Augustino, cap. 6. decimi Confessionum: vbi dicit, cælum & terram, omniū hominibus, magna voce clamare, ipse fecit nos, & non ipsi nos sed tamen surdis canere, nisi Deus altius misereatur. Sed Caluinus hoc ex Augustino nunquam vsurpauit ad hanc quæstionem: itaq; & nos missum facimus.

XVI. In primo Caluinus multus est commentarijs in id caput, Et certe dis-

disertiora sunt verba, quam ut dissimulari queant. Itaque Calvinus notat duas esse Filij Dei distinctas virtutes: eam, quae in mundi architectura, & naturae ordine apparet: alteram, quae naturam collapsam renouat, atque instaurat. Euangelistam autem de naturalibus tantum donis loqui, regenerationis gratiam nondum attingere. His igitur vocibus: *Lux in tenebris lucet*: negari prorsus extinctam esse intelligentiae lucem: quia in obscura humanae mentis caligine, adhuc quaedam fulgoris scintillae emicant. Iste autem, *Et tenebra non comprehendit eam*. Quamuis exigua haec luce quae nobis residua est, semper ad se inuoluerit homines Filij Dei tamen nullo profectu esse factum, quia videndo non vident. Ex quo enim alienatus fuit homo a Deo, sic ignorantia mentem eius oppressam tenet, ut quicquid lucis in ea restat, sine effectu iaceat suffocatum.

XV. Ad ea denique, quae dicunt lucem fuisse in mundo: & per ipsam esse factum mundum, nec tamen eam comprehendisse: notat in hunc modum. *Homines ingrati: iudis accusat: quod ita quasi sponte ceciderint ut causa lucis qua fruebantur, illis incognita fuerit.* Hoc autem ad omnes mundi aures patet: quia antequam manifestatus sit in carne Christus, suam ubique virtutem proferebat. Ergo quotidiani illi effectus corrigere debebant hominum corpoream: quid enim magis absurdum, quam haurire ex riuo fluente aquam, & mente non concipere fontem, unde riuus scaturiat? Igitur quod mundus Christum non cognouit, antequam manifestaretur in carne, nulla reperitur iusta ignorantiae accusatio: hoc enim eorum ignauiam, & maligno quodam stupore accidit, qui eum semper virtute presentem habeant. Haec Calvinus; haec laeas peripicuam mente; & potuisse ex naturae contemplatione Christum cognosci ante carnem; & non fuisse tamen cognitum.

XVI. Respondet Bellarminus, primo non esse omnino excaecatos homines per peccatum primi hominis, in iis etiam, quae ad Dei notitiam pertinent. Idque probari, ex Sapientiae 13 & 1. ad Romanos; & quia non arguerentur, qui non agnouerunt, si cognoscere non potuissent.

XVII. Sed haec responsio frustrae est. Non enim ex Ioanne concludit Calvinus homines fuisse prorsus excaecatos; aut non potuisse Deum cognoscere, sed tantum non cognouisse. Nam alioquin diserte agnoscit, negari a Ioanne prorsus extinctam esse intelligentiae lucem; agnoscit, in obscura humanae mentis caligine, adhuc quaedam fulgoris scintillae emicant. Itaque Bellarminus tergiversatur: nec respondet de quaestione proposita.

XVIII. Rursus respondet, varie exponendo locos Ioannis. Primo intelligendos videri de Verbo, id est, de Filio Dei, ac per hoc de mysterio Trinitatis: quod non possit cognosci solo lumine rationis. Secundo, posse hunc sensum esse: lucem diuinam sapientiae lucere etiam in tenebris, cum appareat in iis rebus, quae omni luce sapientiae careant, animantibus rationis expertibus, arboribus, lapidibus, ceteris; quae, quod ratione careant, tenebrae dici possunt: & de iis verum sit, tenebras eam lucem non comprehendisse. Tertio, cum Chrysostomo ac Theophylacto tenebras non comprehendisse, posse intelligi non praualuisse: id est, non obscurasse eam: quia lux notitia Dei in hominibus quoque impiis, quavis tenebrarum multitudine, vel densitate non vincitur. Quarto, cum Augustino, Cyrillo, dici posse tenebras esse homines ignorantes, & peccatores, qui lucem istam non perceperunt, quam tamen si voluissent, percipere potuissent.

XIX. At haec quid habent praeter imensam contumaciam? Nam alias, quorum illud toties repetitur, *Dici potest, tendat, non video*. Nam cur non haeret genuino sensui locorum allatorum? Sane vero, viri boni non quaerunt, quid homo vafer comminisci queat, ad eludendam vim probationum, aut quor modo morosus Sophista, omnia sursum deorsum versare promptus sit. Quid enim ille non audeat? Vel ipso pleno meridie Solem lucere neger. Sed quaerit Christianus, vtrum hic sensus horum locorum genuinus sit, an alius. Hoc ergo videamus: & negligentes, quid Iesuista Sophistarum importunissimus obloqui possit, quid potius Euangelista dixerit, inuestigemus.

XX. Res haec dicit, vt intelligamus, quid lux sit; quid tenebra, quid *non comprehendit eam*. Lucem igitur primo vult esse Filium; quod sane negari non potest, quin tota discrepatur contextus Euangelici compages. Sed quid tum? Nempie inquit, eo significatur Trinitas, quae ratione naturali cognosci non potest, Atque, inquam primum hoc ipsum Caluino satis est: nunquam enim Dei plena est cognitio, nisi trinus concipiatur. Nam reliqua omnia, quae de Deo dici possunt, qualis sit, ostendunt: hoc vero quis sit, Atque haec quaestio omnino naturae iure illam praecedat. Secundo: quid? quod hic filius dicitur lux, dicitur creasse mundum? Atque haec opera sunt non Trinitatis, quatenus distinguuntur ab inuicem personae, sed totius Deitatis, cuius opera ad extra sunt indiuisa. Itaque lux illuminans omnem hominem: & ille creans mundum, etsi de filio dicuntur, tamen non vt filio, sed vt Deo, id est, ente illo summo: vt sensus sit mundum non cognouisse Filium, non tantum quatenus est filius: sed ne quidem, quatenus Deus est: ac proinde, Deum non cognouisse: vt Calvinus voluit.

XXI. Iam vero tenebras appellari belluas, lapides, arbores, quis audiens risum teneat? Concedo ab iis Deum non comprehensum. Sed quid noui Christus diceret? Nam ne comprehendere quidem possunt, aut vnamquam poterunt. Tum autem, quis non videt idem esse tenebrae non comprehendendum, & mundum non cognouisse? Salmero Rideliculus sensus est Caietani, exponentis per tenebras sensibilia lumine rationis carentia: quae tenebra non apprehenderunt Verbum. Sed certe vilis est sensus, & indignus Spiritu Apostolico: nec dixisset Euangelista non comprehendendum, verum non valuerunt comprehendere. En tibi a Iesuista Iesu fuit flagellatum, a Salmero Bellarminum: imo a presbyteros daos Cardinales. Et merito.

XXII. Itaque Chrysostomus, *ο σκοτος ον τον γυναικον, ηδη τον ανδρω φως*, Tenebras vocat, & mortem, & errorem. Theophylactus clarior. *σκοτος δε γινεται η οσφρη. η δε οσφρη οσφρη τον ανδρω, α δε οσφρη τον ανδρω, οσφρη τον ανδρω*, Tenebra dicitur caro: non quod ita sit natura, sed propter peccatum. Thomas apud iter: vel naturale defectum creatae mentis: vel naturalem insipientiam hominum. Salmero: In tenebris, id est, in peccatoribus. Mundum enim originalis delicti caligine inuolutum, & criminum personalium tenebris obsitum, tenebras vocat, more Hebraeorum, qui substantiua ponunt pro adiectiuis nominibus. Ita

etiam Paulus dixit: *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino*. Tenebrae ergo sunt peccatores, ignorantia, peccati que tenebrae amantes. Franciscus Lucas, In tenebris: inter homines, qui seipsum reddiderunt tenebras, eo quo superiori versu dictum est modo: ignorantia: inquam, & peccatorum tenebris obsit. Haec plerique omnes interpretes Solus, quod sciam, Cyrillus, vniuersaliter naturam intellexit ex nihilo creatam: ac proinde illuminatione indigentem: quod etsi paulo alienius videatur: tamen longe abit à Bellarmino, qui solas vult creaturas rationis expertes: quas Cyrillus comprehendit etiam rationales.

XXII. Sed comprehendere quid est? Praualere, inquit. Et fateor Chrysostomo Theophylactoque in mentem venisse. Sed frigide. Atque adeo exemplum postulo, quo probetur *η καταλαβειν*, idem esse quod *απερχειν* τινος. Nam idem esse, quod animo comprehendere, & intelligentia concipere, quid opus est monere? Actorem *η καταλαβειν*, οτι *αδερποι ανδραματοι εστι*, comperio quod homines essent sine literis. Et vicesimo quinto: *η καταλαβειν* Ego cum comperissem nihil dignum morte eum fecisse. Sed simpliciter, assequi, consequi, apprehendere. Ad Romanos nono: *η καταλαβειν δικαιοσυλω*: Et alias saepe. Itaque Origenes hom. 2. in diuersis Imperatorum cordium perfidia, & ignorantia lucem verbi Dei in carne fulgentis non comprehendunt. Obscuratum est enim, vt ait Apostolus, inspiciebat cor eorum: & sapientes se esse dicentes, stulti facti sunt. Cyrillus Tenebrae Filium Dei non cognouerunt: hoc enim, vt puto significat: & tenebra eam non comprehendunt. Sic alij plerique: & ex Patribus, Franciscus Lucas, Non susceperunt, non admiserunt: adspicere vel ne glexerunt, vel contempserunt. Salmero, dicitur Tenebras lucem non comprehendisse: quia magna pars hominum in tenebris ignorantia Dei: contempto Christo, vitam agit infelicem: ex Christianis vero paucissimi sunt (proh dolor) qui oculos spirituales, & internos ab omni immunditia purgare studeant, vt sanctissima humanitatis Christi mysteria & merita cornere possint.

XXIV. Quamquam quid opus est tot verbis? Nam Ioannes non tantum dixit Tenebras hanc lucem non comprehendisse: sed etiam postea, eundem, qui est ea lux, non esse cognitum a mundo, non esse receptum a suis: *ο κοσμος ο αυτου οκνησεν, οι ιδιοι αυτου η παρελαβον*. Etsi autem nonnulli Veterum illud comprehendunt *η καταλαβειν*, desorserunt in *απερχειν*: tamen haec duo postrema nemo: ac ne potuit quidem. Quid ergo emolumentum Bellarminus habet: si vno declinato ictu, duobus confoditur?

XXV. Multo illa melior expositio est, quam postremo loco numerauit, quae ignorantes, peccatoresque nominat, qui lucem istam non perceperunt: quam tamen, si voluissent, percipere potuissent. Nam Calvinus docuit cognitionem Dei naturalem non tantum inscitia, sed etiam malitia suffocari & corrumpi. Sed haec malitia est homini naturalis, ex quo peccatum transit in alteram naturam: adeo vt non possit homo velle comprehendere lucem istam, nisi ei datum sit caelitus. Quare Caluini sententia firmis est argumentis subnixta.

## CAP. XII.

## De naturali Dei cognitione Argumenta Bellarmini.

ET tamen contra Bellarminus, primo de scripturis, secundo ex Patribus, tertio ex ratione, Primo igitur Iobi 16. *Omnes homines vident eum: sed vnusquisque inuenitur procul*. Dicitur, inquit, homines videre Deum, quia omnes habent lumen naturale, quo pertingere possint ad cognitionem veri Dei: procul tamen intueri, quia non possunt cognoscere nisi communia quaedam, vt esse, & esse vnum ac bonum. Autores, Gregorius 27. *Moralium cap. 2. Beda, libri 1. in Job cap. 5.*

II. Respondeo, primo id apud Iobum non extare: sed apud vulgarem interpretem: qui misere corripit hunc locum. Hebraice, hic sensus est, *Memento vt magnifices opus eius, quod considerant homines*, Omnes homines vident illum, quilibet inuenitur procul. At in editione vulgata, *Memento quia ignoras opus eius, de quo cecinerunt viri, omnes homines vident illum*, sed vnusquisque inuenitur procul. Imo vt videas: etsi non de Hebraeo fonte, sed de Graeco haustam concedat Bellarminus huius libri versionem: tamen ne Graecis quidem consentit: quae ipsa tamen ab Hebraicis discessere. *Μνησθητι οτι μεγαλα ηεργα αυτου εστιν, οι ηρασαν αυτους. ης αυτους οιδεν εν αυτω, οτι ηεργα αυτου εστιν εν βροτοις. Μemento quod magna opera eius sunt, quorum dominati sunt viri: omnis homo nouit in eo, quicumque intueri sunt mortales*. Et in tanta perueritate, quid potuit Gregorius, quid Beda, quibus fontes fuerit incogniti, nisi allucinari? Laudetur Deus, qui nobis messes dedit, vt ne his glandibus vesci necesse sit.

III. Et tamen haec ipsa, tam corrupta, tam perfide reddita, nihil contra nos. Omnes homines vident illum. Etsi. Sed quomodo? Intueritur procul. Hoc vero quid est? Interprete quidem Bellarmino: non posse cognoscere nisi communia quaedam. Atque haec non est illa cognitio, quam Calvinus deseripit: quae Deum doceat, non tantum vnum & bonum: sed etiam creatorem, omnipotentem, fontem bonorum: & cetera, ad quae naturalis ratio corrupta per peccatum neminem perduxit vquam.

IV. Iterum Sapientiae 13. *Si tantum potuerint scire, vt possent estimare seculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?* Ergo vnus & verus Deus naturaliter cognosci potest: & non solum in communi, vt dicitur de vero Deo & falsis Diis. Probat, quia, si quis existimet Solem & Lunam, aut Iouem, & Martem esse Deos, non potest dici inuenisse Deum: neque simpliciter, quia vera iij Diij non sunt: neque ex mente auctoris, qui quos reprehendit, quia non inuenierunt mundi Dominum, eos faceret habitos pro Diis.

V. Respondeo, hoc argumentum ex diuinis literis nullum esse: quia libet sit Apocryphus: vt alias disputatum. Secundo, ab hoc autore asserit facilius inueniri Deum, quam mundum, quod falsum est. Nam Deus vi humanae tantum cognosci non potest, nisi ex eius operibus id est, mundo: itaque necesse est facilius, vt Latine, siue citius, vt Graece, mundum cognosci, quam Deum. Tertio haec eadem verba Caluino fauent potius: quia negant Deum fuisse cogni-

cognitum, iis qui potuerunt aestimare, siue potius conuicere (nam Græce est *επιμαρτυρεῖν*) seculum. Et agnouit Bellarminus, eos reprehendi qui non inuenerunt mundi Dominum. Ergo ex mente auctoris damnus colligi posse, ex mundi contemplatione Deum inueniri, quod Calvinus fatetur: sed hoc etiam, non fuisse inuentum, id est, siue malitia, siue inscitia corruptam fuisse eam cognitionem: quod Calvinus docet.

VI. Rursus Actorum 17. *Querere Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant: quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum.* Id significat, testibus Chryostomo, & Oecumenio, tam esse facilem & obuiam Dei notitiam ex rebus creatis, ut fere palpari, & attrectari queat, quomodo tractantur ea, quæ ante pedes, & oculos iacent.

VII. Respondeo, primo distinguere cognitionis gradus: est enim cognitio aliqua inchoata: ut pote ea quæ non cognoscitur nisi communia quædam, ut vnum esse, & bonum esse. Atque hæc tamen omnes fatentur esse obuiam, & facilem. Est & alia prouectior, quæ naturam Dei considerat altius & ad salutem vtilius. Itaque nihil Bellarmino actum, nisi probet Paulum de hac loqui. Secundo, etiam si ex contemplatione rerum facile cognosci queat Deus: tamen id non obstat, quominus ea ipsa cognitio tam obuia, tam facilis, suffocetur malitia, aut corrumpatur inscitia: quod Calvinus contendit. Postremo, in hoc negotio distinguendæ sunt vires humani ingenij, à medijs vtilibus acquirendæ huic scientiæ. Quomodo enim lux sufficit ad res quasi: bêt iudicandas, quas tamen cæcus, aut lusciosus non videat, suo non lucis vitio: Ita non est absurdum, posse res creatas ingerere cognitionem Dei, & tamen non capere homines eam cognitionem: nimirum hanc ob causam, quia sit eius corruptissimum ingenium. Atque adeo Paulus positos in mundo docet homines, ad quærendum Deum: ac non ita, ut asserat eundem ab iis inueniendum: sed si forte, inquit, palpent & inueniant. Et sane quid hoc sermone agit? Annon, ut pudorem incutiatis, qui colere se profitebantur *Θεὸν ἄγνωστον*; Ergo Athenienses: imo in Atheniensibus, ipsi Philosophi Deum non norant, quamuis in mundo obuium.

VIII. Ad Romanos 1. *Reuelatur ira Dei de cælo, super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus n. illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles: quia eum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Ergo sapientes mundi ex rebus creatis Deum verum cognouerunt. Probatur consequentia: primo, quia dicuntur veritate in iniquitate detinuisse: secundo, quia non dixisset Paulus absolute, cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: tertio: quia alioquin non essent inexcusabiles circa peccatum Idololatriæ.*

IX. Respondeo, ut prius, non concludi controuersiam: quia hoc quæritur, utrum cognitio naturalis sit suffocata aut adulterata humanæ mentis malitia, inscitiaue. Nam cognitionem naturalem iam ostendimus à nobis poni. At suffocata, adulterataue ipse Paulus eodem loco testatur. Nam quid aliud est, Veritatem detinere in iniustitia? Ipse docet, *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: nec gratias egerunt.* Perspicue. Glorificauerunt enim: at non sicut Deum. Nam *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quod factum fuisset nunquam: nisi Deum cognouissent non bene: nisi id ipsum quod de eo cognoscere potuerunt, suffocassent. Præterea loquitur Paulus, non de vera veri Dei cognitione: neque eis absolute Deum cognitum fuisse: sed quadam tenus: itaque, nominat *το γνωστόν Θεόν*, quod notum est Dei, in vulgato interprete, quod de Deo cognosci potest, apud Bezam. Illud autem etsi non sit nihil, tamen tam procul abest à vera cognitione, quantum umbra à corpore.

X. Denique sic Calvinus in hunc locum, *Deus per se inuisibilis est: sed quia elucet eius maiestas in operibus & creaturis vniuersis: debuerunt illinc homines agnoscere: nam artificem suum perspicue declarant.* Paulo post, *Sit ergo hæc di-*

*stinctio, demonstrationem Dei, & gloriæ suam in creaturis perspicue facit, esse quantum ad lucem suam: ita enim tenet: quantum ad nostram cæcitatem non adeo sufficienter. Ceterum non ita cæci sumus, ut ignorantiam possimus prætendere, quin peruersitatis arguamur. Concipimus diuinitatem: deinde eam quæcumque est, colendam esse rat iocinamur. Sed hic deficit sensus noster: antequam assequatur, aut quis aut qualis sit Deus.* Paulo post, *Aperte testatur Deum omnium mentibus sui cognitionem insinuasse: hoc est, sic se demonstrare per opera: ut illi necessario conspicerent. Sed notandum semper, in quo notitia gradus hæserint.* Hæc & alia Calvinus: ex quibus apparet, & teneri ab eo firmiter, posse Deum cognosci naturæ humanæ viribus: & esse tamen hanc cognitionem exiguam, & obscuram; & denique non contradicere Paulum Caluino.

XI. Post hæc scripturæ testimonia, locos multos ex Patribus Bellarminus enumerat: qui tamen neque singuli, neque omnes aliud conficiunt, quam cognitum fuisse Deum ex mundi contemplatione: cognitum etiam vnum, cognitum Dominum, autorem omnium, bonum, magnum, ubique diffusum, & similia pauca: quæ omnia proluxe Catholici concedunt omnes. Atque nemo est eorum, qui neget hanc ipsam cognitionem & vtiatam & suffocata. Imo Cyprianus tractatu de Idolorum vanitate, *Atque hæc est summa delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis.* Ergo malitia suffocabatur huiusmodi notitia. Et hoc Caluino satis: ut non sit necesse his diutius in hæerere.

XII. Superest ratio vnica, Si Deum esse vnum non posset cognosci sine gratia Dei speciali, id fieret, vel quia obiectum sit supernaturale, vel quia actio intelligendi vnitatem Dei sit valde difficilis, aut etiam impossibilis viribus solius naturæ. At hoc neutrum est. Ergo nec prius. Probatur assumtum. Primo vnitatem Dei esse obiectum naturale, ex Sapientia decimo tertio, *A magnitudine speciei, & creatura cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Item à demonstrationibus plurimis ductis ab effectibus naturalibus: apud Damascenum, Richardum de S. Victore, Thomam. At quod demonstrari potest naturalibus rationibus, non est supernaturale. Secundo, non esse difficilem aut impossibilem. Quia, ubi demonstratio adfertur, non sit difficilis, vel impossibilis assensus.

XIII. Negatur assumptum. Primo enim de Deo agnoscendo cum agitur, vel constitutus est Deus inter res naturales, vel concedendum, esse obiectum supernaturale. At illud absurdum. Ergo hoc verum. Non contra auctor Sapientia, etsi non Canonicus. Nam Græce est, *ἐν τῷ κόσμῳ οὐκ ἔστι θεὸς ὁμοιωθεὶς τῷ κτιστῷ*, & *ὁμοιωθεὶς τῷ κτιστῷ οὐκ ἔστι θεός*. Hoc est, *A magnitudine, & pulchritudine, & creaturis opifex proportionaliter consideratur.* Vbi primo de obiecto naturali, verbum nullum: secundo, cognitio non simpliciter nominatur: sed proportionatâ contemplatio: quæ consistere potest facile, cum ea corruptione, quam Calvinus dixit. Quamque idem ipse auctor initio eiusdem capituli seuerè arguit, *Vani omnes homines natura: quibus adest Dei ignorantia, & ex his quæ videntur bona, non potuerunt nosse eum qui est: neque consideratis operibus agnouerunt artificem.* Sic enim Græce habetur: longe rectius quam Latine. Etsi ergo asserat auctor, potuisse Deum cognosci ex operibus, quod Calvinus non negat: tamen idem agnoscit corruptam fuisse eam cognitionem ab hominibus: quod Calvinus docet.

XIV. Deinde quod attinet ad demonstrationes, primo negatur, quicquid demonstratur ab effectibus naturalibus, id esse obiectum naturale. Cur non etiam mortale, quicquid ab effectibus mortalibus: aut mutabile ab effectibus mutabilibus? Præterea considerentur hæc demonstrationes, siue apud Damascenum, cap. 5. libri de Fide, siue apud Richardum libr. 2. & 2. de Trinitate, siue apud Thomam contra Gentes libr. 4. 2. & videbitur quilibet, non esse demonstrationes directas, sed ab impossibili. Solent autem hæc demonstrationes, non rem ipsam cognitam efficere, sed tantum quid non sit, docere. Quæ certe exigua est cognitionis pars.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIVS. De LIBERO ARBITRIO.

Caput Primum.

STATUS CONTROVERSIAE DE VIRIBUS ARBITRII AD bonum Theologicum, siue Morale.



Actenus de Viribus Arbitrij humani circa naturalia. Nunc nos ordo vocat ad easdem vires considerandas circa Theologicum bonum: siue Morale: hoc est illud, ut dicebamus, quod pertinet ad hominis peccatoris cum Deo contumeliam: quodque opponitur peccato. Peccatum autem hoc sensu nominatur, ut sit non quodlibet malum: sed illud tantum quo abstrahimur à gratia diuina, ac proinde salute nostra. Illud inquam quod est contra legem diuinam, quatenus est diuina: proindeque non aestimandum ex humano iudicio, sed omnino mensurandum ex diuino. Quare hoc bonum Theologicum ita oppositum peccato, erit iustitia, quæ etiam coram Deo sit iustitia: nam coram hominibus ut sit iustitia, nihil moramur: & libro præcedente testati sumus, nos agnoscere non esse nullas ea parte liberi arbitrij facultates.

II. Hic vero plana plenaque erat Catholicorum confessio. Primo hominis conditi ad imaginem Dei, hoc est, in statu veræ innocentia, iustitiaque, superueniente peccato: naturam esse prorsus corruptam, nempe amissa absolute exceptione tota ea integritate, siue prima illa innocentia. Secundo,

quicquid ei reliquum est lucis: non enim nulla est reliqua: quia non est ad *ἀλογον* relegatus, nedum ad stipites. Quicquid igitur ei reliquum est lucis metas fieri tenebras, cum de Deo quærendo agitur: nimirum ut bene cognoscatur: quæ partes sunt intellectus. Tertio, totam eius voluntatem penitus esse sub peccato captiuam; ideoque nullam ad bonum appetendum ei reliquam esse potestatem. Denique vno verbo, hominem ex solis sui arbitrij viribus ad malum, siue maius, ad peccatum ferri dūtaxat: nullo autem modo ad bonum proprie oppositum peccato: donec à Deo per gratiam reformetur: hoc est, vires accipiat ad bonum, quas non habet.

III. At, Papatum vix vna est sententia. Quidam nihil posse hominem ad bonum suis propriisque viribus aut consentiant, aut consensum simulant. Baius de libero arbitrio, capite decimo, disputat, liberum arbitrium, quale nunc est, ex se neque bonum facere posse, neque tentationem vllam superare. Andræus Orthodox. explicat. libr. 4. liberum arbitrium veluti ferreis compedibus ita constrictum, ut ex illis se expedire nullo modo, nisi Dei virtute possit. Itaque quod nihil perfecti & spiritualis boni facere scelerati homines possint, quamdiu eorum mentes flagitiorum sunt maculis coopertæ, non quidem esse, quia libera voluntate careant: sed quia adeo

ideo sit illa prela, vt n... que possit B... non posse v... salutem per... IV. Aff... bonumque... totes: aut... quam calu... minis Arbi... inique... etiam q... bonum q... itoc. etica... gimus libe... non præcip... contentum... ceteri qui n... horis esse ar... tas & animi... verbi & ad... der, aut ab... V. Roma... bitio, vt h... tot liberum... ad gendum... quit, ex pr... iam Geneti... fa liberum bo... mana, siue bo... præsertim qu... potestatem in... ita cognitio... inquantur libe... te confirmati... licet passiones... forent: Libe... siue trahunt... VI. Sic i... nim vulgus... mente conce... tentem esse... quod tanto... cum factu qu... dant illud H... peccare & m... via durius... verba sunt... (si spiritum... nobis est ip... dicitur per ill... ad spiritum... bus fauet, qu... VII. Et qu... storum pluri... arbitrium. C... tatis apparet... est, vt hanc v... sentiam perp... VIII. No... nim illud est... minem in sua... h. subiacete... dicit à quo qu... vixit, vt m... potestatem... no nullo libe... que partem... cur non h... est, notum, m... cessant. Echi... est interpret... ga, & non ag... us in iudem... dicit esse, &... mali. Quod... de Natura &... potestate hab... te, si quæ... se gratiam De... licis dentij Pa... arbitrij). IX. Quer... tamque p... ma